

27.a.s

38



Comp. de Sig. de Granada.

S.B.B.E

H. DR V S I I *Auctor Dementi*

V S C U L A, R-5437

Grammaticam spectant,

O M N I A,

volumen compacta; quorum catalo-
sequens pagina indicabit.

Aut. formata.

expugnatur, compone al
indice del año de 1632.
ppor el debto

D. del Marmoty


po

umen

uum

Frâ-

s



FRANEKERÆ,
EXCVDEBAT
DIUS RADAEUS,

ordinum Frisia Typographus.



16.0.9.





27.a.5

38



Del GPP de la Conf. de Hig de Granada. S.B.B.E

IOH. DRVSII *Anno dicitur.*

OPVSCULA, B. - 5437

quaꝝ ad Grammaticam spectant,

O M N I A,

in unum volumen compacta; quorum catalogum sequens pagina indicabit.

Aut h[ab]it s[er]vator.

*Ex p[re]g[ra]duo comp[re]mis al
i[n]d[ic]at et l[et]eris
pp[ar]t[er] et debet
G[ra]m[m]at[i]c[al]is*



umen
uum
Frā-
is

*N[on] inveni
dennō exp[er]iendy
X[er]c. an. 1703.*

FRANEKER,
EXCVDEBAT
AE GIDIUS RADAEGUS,

Ordinum Friesia Typographus.

1609.



In hoc volumine continentur.

1. De recta lectione lingua sancta: ubi de accentibus Ebraeorum & varia lectiones Iudeorum orientalium & occidentalium.
 2. De particulis Chaldaicis, Syriacis, Thalmudicis & Rabbinicis.
 3. De litteris libri duo: quorum prior punctis erat: posterior sensa illarum explicat. Accessit ad ne pagina rent, de mutatione vocalium.
 - Alphabetum Ebraicum vetus; in quo de lectione ve quam nota vocalium absent.

Parqueadero de la Universidad de Costa Rica



Vod olim promisi, Re-
verende domine, id nunc
ecce præsto cum fœn ore.
Mitto en. opuscula mea,
quæ ad Grammaticā spe-
ctat, oīa in unū volumen
compacta. Quum
omnia dico, excipio notas meas ad Grā-
maticen Clenardi, quas ideo reliquis
non adjunxi quia nuper admodum re-
cusæ fuerunt in Batavia. Primus liber
agit de recta lectione linguae sanctæ, in
quo de accentibus Ebræorum & variæ
lectiones orientalium & occidentalium
Iudæorum, quas descripsi ex Bibliis Ve-

netis quæ in folio folium complicant. Secundus liber explicat tenia particularum non tantum Chaldaicarum & Syriacarum, sed etiam Rabbinicarum ac Thalmudicarum, &c. Hic duo libri hunc quam anteā editi fuerūt. prior conscriptus fuit ante plurimos annos, quum e Germania quidam Ιωνιος ΦΩ (ex eo genere hominū, qui omnem scientiam Ebraismi hauriunt ex nupera quadam Grammatica, ultraquam nihil sapiunt) huc venisset ejusq; scriptio[n]is occasione nobis dedit. Historia nota est cu[m] aliis multis honestis ac doctis juvenibus, tum imprimis M. Isahaco Grōbeccio viro ut omnibus virtutibus, ita humanitatis & doctrinæ laudibus instruissimo; quem eruditio simul & virtus ad summos honores evenerunt. Tertius agit de litteris servilibus, quas appellant בְּנֵי חֶסֶד; quem prius semel atque iterum excusum, hac tertia

editione

editione duplo, aut eo plus, majorem atque auctiorem fecimus. Quod R. tuæ acceptum referent, quicunque fructum aliquē ex ejus lectione percipiēt. Quartus titulum habet ALPHABETVM VETVS, ante multos annos evulgatus: in quo devi ac potestate litterarum Ebraicarum, tum etiā de prisca lectione antiquorum, quæ nunc penitus ignoratur. Opus pernecessarium iis qui vetustas editiones antiquosque patres & Hieronymum cum cura legunt versantque. Nam absque eo fieri nequit ut menda in nominib[us] Hebraicis commissa, quæ sane plurima sunt, aut deprehendant aut corrigant. Omitto alia quæ simul nova nunc damus vulgamusque, ut de mutatione vocalium, & si quę præterea in his libris cōtinentur; quę laudare aut cōmendare non est meum. Alii hoc facient, si quierunt quibus hæc nostra placebunt: aut si nemo erit, tam

men R. tuæ, spero, non displicebit hic
meus labor, præsertim cum ab animo
grato tuique st̄udiosissimo profectus sit:
cui nihil prius, nihil antiquius, quam re
ipsa ostendere quæ in alterum me, hoc
est in filium meum Iohannem, beneficia
contulisti, ea manere pectori alte infixæ;
quæ nulla unquam dies oblitterabit, nul-
la delebit oblivio. **Quod si tibi persuase-.**
ris, non fallam opinionem tuam. Interim
accipe hoc levidense munus a cliente tui
nominis observantissimo, qui de hoc pa-
trocinio tuo non tantum gaudet, sed eti-
am sibi gratulatur, beatumque se dicit
quod in tuam domum unquam venerit,
quam ultro ei obtulisti cum cōmodis &
incrementis: quæ nō tam ab ipsa re quam
ab animo tuo æstimātur. Sicest profecto.
Vt multum refert cui beneficias, ita non
parum referre puto a quo beneficiū ac-
cipias. Nam quæ ab homine munifico

proficisciuntur, gratiora sunt. Scitum il-
lud, *Hilarem datorem amat Deus. Qua-*
lem te semper fuisse & adhuc esse uno
ore prædicant, qui te norunt, omnes: sic
ādeo ut fama benignitatis tuę mare traje-
cerit & ad nos usq; pervenerit. Quocir-
ca dignus es, si quis alius, in quem ma-
gnus rex amplissima quæque conferat.
Sic enim certe de quam plurimis bene-
merebitur. Nā plurimi sunt, qui ex libe-
ralitate tua se sustētant vivūtq;. Sapientif-
simus mortalium Salomo, quondā a Deo
petiisse fertur, ut daret divitias non ho-
minibus avaris, sed iis tantum qui animo
liberali sunt. Nam tales recte utuntur di-
vitiis, cum avari earum usum penitus i-
gnorent. Hoc primum: deinde qui viro
liberali aliquid dat, multis dat: quiava-
ro, uni tantum dat aut potius nulli. Nam
avaro tam deest quod habet, quam quod
non habet. Pro clausula Deū opt. max.

oro

oro precorque ut votis tuis aspiret, cœptaque secundet, & regi vestro ejusque consiliariis eam mētem indet, ut quod Salomo in precatione sua petiit, idem in suo regno exequi quam facile possunt, tam libenter velint. Quod si fiet, omnes boni gaudebunt, & ego imprimis lætabor, feraque posteritas nomen eorum celebrabit &

cantabit seculis inenarrabilibus.

Bene vale. Salvebunt a me omnes qui mei memoriam isthic cum benevolentia colunt. Franekeræ Frisonum anno Christiano 1609. Mense Februario

Tuæ R. studiosissimus

JOHANNES DRVSIVS

I. DRVSII De recta Lectione linguae sanctæ.

CAPUT I.

Quid Letio. Significatio punctorum duplex. Divisio in reges & servos. Cur vocales reges appellantur.



Ectio, de qua nunc agimus, est recta & legitima consonantium expressio per puncta. Puncta voco, quæ Ebriæς נִירָה dicuntur, in quibus & lineæ. Apices quidam vocant & alii notas, unde notæ vocalium. Est autem duplex hujus vocabuli significatio. Una latior & generalior, ut cum accentus puncta vocantur; alia angustior & specialior. In hac significatione acceptum nomen punctorum dividimus in reges & servos. Reges dicimus

* quæ cum littera consonante una aut pluribus, syllabam constituunt. Sunt autem decem, quas vocales appellant, ac tribuunt in quinque magnas ac totidem parvas, ut ex subjecta descriptione perspici potest,

Vocales.

Breves.

Patach	¶
Segol	¶
Chirec minus	¶
Camets chatuph	¶
Kibbutz	¶

Longæ.

Camets	¶
Ttere	¶
Chirec majus	¶
Holem	¶
Schuree	¶

Alii, que recipiunt cantum accensus. eodem ferme recidit Næ omnes vocales accentes admissunt.

A

Apices quidā vocant) hoc vocabulo usus fuit Hieronymus alio significatu. Nam apices appellat quibus litteræ similes oīiū discernebantur, cum dicit, res et daleth apice tantum differre. Hoc sensu capies ilud Euangeli, neque iota neque apex. Nam profecto errant, qui de punctis vocalibus enarrant.

Matth. 5.
8.

Quas vocales appellant) impropprie. Nam vocalis est littera per se sonans. Puncta Ebræorum nec litteræ sunt, nec per se quippiam sonant. Cur ergo vocales? Quia vocalium loco usurpantur, quia per vocales a nobis exprimuntur, quia deniq; id sunt in lingua Ebræa, quod vocales (τὰ φωνὴν vocat Aristot.) in linguis Græca & Latina. Has Ebrei μυην appellant, id est, motiones. Nam movent consonantes: imo litteris sunt quod anima corporibus. Ut enim corpora non moventur sine animabus, sic nec illæ absque vocalibus.

CAPUT 2.

Superior divisio confirmata. alia tres adducta. una ex iis refutata.

R. Iude
principis
gramma-
ticorum
C. Aben-
eyra.

Dixi puncta regia esse decem, & est hæc sententia quorundam * Grammaticorum, nisi quod septem tantum recenseant. Verum cum puncta serva (servilia vulgo) secundum eosdem sint quinque, existimo sub hoc numero ac nomine omnes vocales compre-

comprehendisse. Qui hoc, inquies? Dicam. Ex illis septem tres sunt quæ duplēm habent sonum vel potestatem, videlicet camets, hirec & schurec. Cū ergo septem puncta regia esse dicunt, re non dissentiant ab iis qui decem esse tradunt. Nam tria illa duplicita efficiunt sex. Adde quatuor reliqua, habes decem, quæ sunt, Camets productum, camets corseptum, tsere, hiric magnum, hiric parvum, holem, schurec magnum, schurec parvum (Kibbutz hodie) patach & segol. Subjiciam tabulam, ut res tanto melius intelligi possit.

Tabula septem vocalium.

1. Camets	Productum Corseptum
2. Tsere	
3. Chirec	Magnum Parvum
4. Holem	
5. Schurec	Magnum Parvum
6. Patach	
7. Segol.	

Sed hæc ab aliis aliter exponuntur. Partim Grammaticorum veterum distribuunt vocales, quas μυην, i. motiones vocant, in quinque reges, ac tandem servos. Reges appellant vocales magnas: servos vocales parvas. Reges ideo, ut Moses Kimchi

scribit, quia semper comitem habent unam ex litteris quiescentibus, vel latentem vel expressam. Recentiores quidam vocales partiuntur in regias, medias & tenues. Regias interpretantur quinque longas: medias, tres breves, videlicet Patach, Segol, & Kibbutz: tenues, duas reliquas. Verum haec divisio vitiosa mihi videtur. Si enim Kibbutz media est, cur non aequae Chiric absq; Iod? nam & pro Hiric magno saepe usurpatur, & per se subsistit, syllabamq; puram (ita loquuntur) efficit, ut וְיַהְיָה. Adhac notatur accentu, ut in citato exemplo, & in וְיַהְיָה. Postremo, comitem habet consonantem ἀδύνατον de scripto expressam in יְהִי. Abraham de Balmes artium & Medecinæ doctor in opere Grammatico, quod Peculum, vel magis Possessio Abræ inscripsit, puncta dividit in simplicia & composita. Simplicia esse dicit Patach, Chirec & Holem: ex quibus reliqua deinde componantur, quæ propterea composita vocat. Sunt autem Camets utrumq;, Schurec utrumque, Tseri, Segol & Hiric longum.

CAPUT 3.

De nominibus vocalium in genere, itemq; de figuris & sono earum.

IN Vocalibus tria considerantur, Nomen, Figura, Potestas. Quæ illis communia cum aliis punctis,

non

non vocalibus, ut & cum litteris & notis accentuum. Igitur vocalium nomina sunt quæ diximus. ea originem habent partim Ebraicam, partim Chaldaicam. Nam Chaldaicæ originis est Segol, botri specie referens figura sua, si non fallunt nos litteratores. Sed ea de re dubitari potest. Nam alii ad פֶּגֶל ejus originem referunt, quæ vox pura puta Ebraica est. Adhuc pleraque nomina a sono dicta sunt: quedam a figura. A sono ut Camets, ut Tseri, ut Chirec, ut Holem, ut Patach, ut Scurec, ut Kibbutz. A figura, ut Segol, ut Tria puncta; quæ nomine Kibbutz peculiariter significant: interdum quoque Segol ita vocant. Figure sunt partim simplices, partim compositæ. Simplices voco quæ constant ex linea vel figura simpli- ci, ut Patach, Chirec minus & Holem. Reliqua compositam figuram habent, partim ex linea & puncto, ut (.), partim ex duobus punctis, ut (.,), aut pluribus, ut (.) & (.), partim ex puncto & littera, וּ & (). Huc refer Holem, si comitem habuerit Vau. Quibus figura eadem, situ distinguuntur, ut Chirec minutum & Holem. Nam illud infra litteras ponitur, hoc supra. Sonus omnibus unus & simplex: quibusdam etiam duplex. Quum enim potestatem duplē habeant, duplicitis sono efferendæ sunt. Sunt quibus sonus triplex quadruplexque esse videatur. Sed hoc tamen non

adfirmo. Atque h̄c in genere de vocalibus. Singulas nunc videamus. Prius dicemus aliquid de antiquitate ipsarum.

C A P U T 4.

Vocalium sonos litteris coenos esse: figuras posteriores, & demum post Hieronymi etatem adscriptas.

Locus postulat ut aliquid dicamus de ætate vocalium. Res ardua & a variis varie tractata. Ego sic sentio, sonos earū semper fuisse, hoc est una cum litteris natos: figuræ nuperas, & post Hieronymū primum adscriptas. Si aliter est, cur is nullam earum memoriam usurpat? cur tam sæpe legit unam vocalem pro alia? At meminit vocalium, quas etiam dicit adscriptas fuisse, quamquam raro. Scio & recte capio. Vocales ibi dicit litteras, quæ nunc in vocalibus quiescunt, & olim vocales indicabant. Eç sunt Aleph, Vau & Ioth: quas matres lectionis appellant. Sed, quilegere, inquies, potuere sine vocalibus? Dic mihi, sodes, Credisne accentus Gr̄ecos olim adscriptos fuisse? Si credis, falleris: nec tamen dubitabis, quin periti ejus linguaæ perite legerint secundum accentus. Idem si fiat in lingua Latina, quis hodie miratur? & miramur Ebræos illos veteres legere potuisse absque adscriptis vocalibus, cum etiamnū id fiat a multis Christianis. Aut scis hoc, aut nescis.

Si

Si scis, cur hæsitas? si nescis, cur responfas? Cuique in sua arte credendum.

*Post Hieron. primum adscriptas) Nam tempore Hieronymi nullæ adhuc vocales adscriptæ erant. Quod probo verbis ipsiusmet Hierony. In cōment. Ierem. 25 ait, *Vocales litteræ inter נָאָתְּ בְּנָאָתְּ לְ*, juxta idioma linguae Ebrææ in hoc nomine non ponuntur. Sermo ei de nomine בְּנָאָתְּ, in quo scribit vocales non ponи, & quidem juxta idioma linguae Ebrææ. Quibus verbis indicat hoc usitatum esse apud Ebreos. Idem Ierem. 18. in principio, *Pro rota Lxx. verbi ambiguitate decepti lapides transtulerunt.* אַכְנִי־ enim pro qualitate loci & diversitate pronunciationis & organū. i. rota figuli vocatur & lapides. Adde vocales, nulla est omnino anibiguitas. Nam lapides אַכְנִים & rota figuli אַכְנִים dicitur. Rursum Ierem. 6. *Satis eleganter in Ebræo verbum, quod quatuor litteris scribitur Res, Ain, Iod, Mem: si legatur רֵעַ reim, amatores: si רֵעַ roim, pastores significat.* Sic alibi notat nomen יְהֹוָה, quod scribitur tribus litteris consonantibus, Daleth, Beth & Res, si legatur יְהֹוָה, verbum: si יְהֹוָה, pestilentiam denotare. Sunt alia loca exempláve, quæ nunc non commemoro. Nam aliás ea produxi.*

Cur tam sæpè legit unam vocalem pro alia) ut epro ain חִוָּה quod legit Heva: & a pro i in מְרִיאָה quod le-

git Mariam, in פָּתַח quod legit Phasga: & e pro a in פָּתַח quod legit Melchi sedec: & e pro i in נְפָרֵץ quod legit Nemrod, in הַלְּלָה quod legit Hellel, &c. Ut Hieronymus, ita legerunt etiam Series, quos lxx, vocant, & interpres Aquila, Symmachus, Theodosio: non semper fateor, sed tamen αεὶ οὐ πολλαῖς.

Aleph, Vau & Ioth) Adde sis Ain, quam vocali etiam appellat, forte quod per nudam vocalem exprimeretur. Alioqui consonans est, non vocalis. Quanquam Iudei Germani ea utuntur pro vocali e dum Teutonica Ebraicis characteribus describunt.

Accentus Græcos olim adscriptos fuisse) Adito, si libet, ad Politiani Miscellanea, cap. 80, ubi Callimachi versiculos veteri more, sine ullis accentuunculis descriptos invenies.

Absque adscriptis vocalibus) prius erat *absq; vocalibus*. Quod est dextre capiendum, nam consonantes legi nequeunt absque vocalibus. Dicitur tamen legere absque vocalibus, qui eas adscriptas non habet. Quomodo sane scripta Ebræa (sacra excipio) ferme omnia leguntur.

C A P U T 5.

De Camets vocali magna. ejus appellations & sonus versus. Cur (a) Germanicum vocetur. Dupli modo expressa veteribus.

Ca-

Camets in ordine prima est. De ea igitur primo loco agemus. Vocatur camets simpliciter, & aliquando cum epitheto camets magnum sive latum. Camets latum dicitur respectu tunc, quod camets parvum vocatur: forte quia minus latum est. Sanè in pausa, hoc est in accentu majore distinguēte, in Patach mutatur, quæ vocalium est effatu clarissima. Appellatio nominis à colligendo. Nam וְ colligo significat. Effertur enim ore collecto, sono quodam obscuro, aliquantum ad (o) magis tamen ad (a) inclinante. Germanorum iste sonus est, ut audio; qui obscurum illud in hac vocali retinent. Quocirca (a) Germanicum a nonnullis vocitatur. Ita efferes וְ homo, וְ aurum, וְ verbum. Figuram mihi vide. Nonne constat ex linea & puncto? hoc est, ut Abraham de Balmes ait, ex patach & holem? Hinc mixtus ille sonus, de quo diximus. Itaque Syri vocalem, quæ huic respondet, Odom indigitant, & per o ubique enuntiant, Nestorianis & aliis quibusdam exceptis. Veteres quoque, quanquam rarius, eam per α exprimebant. Ex hac consuetudine legimus οδωμ apud Iosephum & οεηλ, Epiphani sermone in festo Palmarum, & Zoob, in libro nominum Ebraicorum, & lecho tibi, Attho tu, apud Hieronymum. Hinc etiam disces recte scriptum esse Corbona in libris,

Adam
Babel
Zahab
Lecha
Attho

B

quod in aliis Corbana, i. קָרְבָּנָא. Dixi sonum ejus magis ad (a) hoc est ad patach inclinare, ita est profecto, atque ideo Mich. i. 10. קָרְבָּנָה lectum, i. Aphra, pro אַפְּרָה. i. Ophra, ut sonus ejus magis conveniret cum אַפְּרָה Aphar, voce pulverem denotante: in qua paranomasia ibi ludit prophetes. de prima vocali effusque sono satis.

CAPUT 6.

Secundam vocalem videri ex duabus chirec conflatam, & tribus nominibus appellari. quomodo veteres exprefserint. ejus sonus alias atque alias.

TSeri proxima est, quæ conflata, ut mihi quidem videtur, ex gemino chirec; ut alii volunt, ex hollem & chirec. juvat me aliquid scriptura litteræ חִרָּא, quæ cōstat ex duobus (i) per lineam transversam inter se connexis, & quasi devinctis: sed magis antiqua consuetudo quæ pro hiric parvo scribebat e tenue, ut suo loco docebimus. Aduvant me quoque antiqui lapides, in quibus duplex (i) sculptum aliquoties invenitur pro (e) longo. Quod peccatum sane sculptrores illius ævi non peccassent, nisi affinitas quædam esset in sono. Sed de sono postea, prius de nomine. Nomina habet tria, quæ sunt tseri, camets parvum, & camets simpliciter. Tseri vel tsere dicitur a sono januæ, quem edit quoties in cardine suo vertitur. Camets vocatur a Iario Ebræo, Psalm. 10. 3.

Quin

LECTIO N. LING. SANCT.

11

Quin ipsi critici Massoritæ aliter eam non appellat. Parvum autem dicitur quia sonum habet minus latum, licet æque productus sit, quem Græci exprimunt per Eta, ut Η μηδέ nomen proprium viri; אֵתֶא, nomen litteræ: אֱלֹהָיָה, Deus. Latini vero exprimunt per elongum sive productum, aut extensem, ut appellat Hieronymus. Verba ejus sunt, Iesa.

62. Ele per extensam utramque syllabam. i. אֵלִי: & in libro nominum Ebraicorum, Hucusq; per brevem litteram (e): nunc per productam nomium sunt legenda principia, Elam אֵלָם, Emim אֵמִים, Ephah אֵפָה, Esau אֵשָׁו, Elon אֵילָן, &c. Sonus iste aliquantulum ad (a) inclinat (hoc dubitans scribo, & arbitarium esse volo) in לְאָמֹר, & ad i tenue in לְתַעֲלֵל; & ad segol in תְּכִנֵּת, & quoties daghes sequitur, ut in תְּכִנֵּת. Ex supradictis liquet scribendum esse עִשְׂיָה per tseri, quod græce sit μετωπός. Quanquam hæc ratio fallit in quibusdam, ut in תְּלִילָה αλλαγή. Reperio hanc vocalem expressam & per exilem (e) ut Iud. 5. 2. מִזְרָחָי, Ios. 11. 5. מִזְרָחָיו. Hinc forte εφερε apud Nonnum, quod esset εφερε pro Ephraim. Nam ε & ο alternant. Sic legitur οὐλίψιον Jerusalem, & contra עַזְרָאָה.

Αλλαγή.) putarim hanc scripturam Græcam esse ex לְתַעֲלֵל, quod ita scribitur in pausa, hoc est in accentu majore distinguente: qui scheva in tseri

B. 2.

product. Quomodo certe Habel est ex חָבֵל, quod extra pausam scribunt חָבֵל Hebel.

CAPUT 7.

Chiric absque ied aliquando longum esse, & quo pacto id cognosci possit. Sonus eipsi expressus ab antiquis tripliter. alia quadam observata.

CHIREC sequitur quod vocant magnum & chirec cum Ioth: ita vocant quia Ioth habet ad latus sinistrum, quod tamen non semper exprimitur. Cave tum confundas cum chirec parvo. Cognosces autem ex forma nominis aut verbi, aut ex aliis locis. Nominis, ut פְּרִזְמָן magnifici, juvenes leones: verbi, ut חַיְבָן bene fecit, אֲכֹהֶר excindam. Ex aliis locis disces chiric longum esse in דָּוִד. Nam plene legitur Cant. 4. 4. & alibi. immo se-
p. 11. Vide
Zach. 11.
in quo uno
capite ita
legitur. Massoritae admonent * quinques hoc modo scriptum inveniri. Ex quo sequitur Ioth abesse in aliis locis. Quandoque unum ab altero distinguunt per meteg, qui tunc ponit solet, cum iisdem litteris & punctis alia atque alia res significatur, ut יְהִוָּה timebunt & יְהִוָּה videbunt. Hec ut facilia sunt iis qui Grammaticam callent, sic ab iis, qui eam non callent, intelligi nullo modo possunt. Si-
ve igitur Iod adsit sive non, quando longa est vocalis, pronuntiari debet laxius, diducto ore, labroque depresso

depresso & dentibus velutifrendendo restriqtis. Vocatur enim certe chiric צְחִירִק וְחִירִק frendeo. Aliud ei nomen est שְׁבֵץ, id est fragor, & aliud שְׁבֵר quasi fractum quid dicas. Hic sonus ad iracundiam valet. Frendent enim dentibus, qui supra modum irati sunt, unde Psal. 35. 16. Dentibus in me frendent. Veteres expreſſerunt trifariam. Primum per i longam vocem, ut מִיכָּאֵל Michael, גָּבָּרִיאֵל Gabrial. Deinde per ei bivocalem, ut עָכְרִי Ebri, id est, πελετης apud Theodoretum; οὐλόποιον ολεμένον secula in Exaplis: פְּלִיטָשָׁם Philisthei. Quin promiscue scripsere tum hanc tum illam; non in diversis modo vocibus, sed in iisdem, ut in יְהָוָה Deus mihi & יְהָוָה בָּנָי Samuel & Σαουλ: ράβִי & μάρκε. Nescivit hoc Moschopulus & propterea in libris צְחִירִק scripsit χερζ. צְחִירִק & σεχφαι nomina singularia esse: χερζούבִּים ve- ro & σεχφִים pluralia. Nugae, nugae. Vnde hoc hauferit, nescio. Sæpe mihi stomachum faciunt. Sed reprimam me & parcam Græculo Ebraicæ litteraturæ penitus ignaro. Coperior expressam hanc vocalem & per v. Græcum, ut in comment. Hiero. Ies. 23. Id est sonus
qui supra,
ut quidē
Brabanti
enuntiant
et familes
voces Syhor, quod tamen Syor ibi legitur. In novo scđere Σωτήλη ελύμας, id est sapiens, magus: Αἰγύρης, id est Aquila. Nam de Συμών dubito, & est cur malum Συμών, quod & Συμών scribunt, id est Si-
meon, in quo (e) pro Ain, ut appetet.

*Ex forma nominis) nam כְּפִיר, quod est formæ
רַבֵּיר, habet Chirec longum in ultima: quod ma-
net in plurali כְּפָרִים, etiamsi scribatur absque loth.
Sic יְנָוֶגֶת in fine scribitur cum eodem chirec.
Liquet ex terminatione. Siquidem pluralia mas-
culina in IM terminantur. Quam terminationem
perficiunt chirec cum Iod & Mem finale. Notatum
vero, quando duo Iodin cum hiric hoc modo con-
currunt, alterum fere abesse. Vide Massoram Eliæ.*

*Aut ex aliis locis) regula hæc locum habet in iis
nominibus, quæ certam formam non habent, cu-
jusmodi sunt omnia propria. Ergo in אֲזֹפִיר est chi-
rec sive hirec (ad quod exemplum legimus in anti-
quis Hermon & Chermon, Hebron & Chebron)
gadol, id est magnum, quia in aliis locis plene scribi-
tur אֲזֹפִיר. Semel loth deficit in hoc nomine Gen.
10. 29. sepius deficit in כְּכָפֵר quod compositum ex
יְהָ filius & יְמָן dextera.*

*Pronuntiari debet laxius diducto ore) raptim pro-
nuntiatur Gen. 49. 24. in יְהָ: productius aliquan-
to & clatius in כְּכָפֵר Phinees, סִקְלָא Sisara.*

Admonitio.

Vbi scribo chiric longum esse in יְהָ, idque li-
quere ex aliis locis, dissentit à me vir doctus. Nam
scribit lögum esse propter accentum, aut saltem id
cognosci ex accentu. errat ipse, non ego, & refutant
cum

eum clare aliae dictiones, in quibus accentus post
hirec parvum, ut וְ si & similes. Non debemus hac
de re ullo modo dubitare.

C A P U T 8.

*Holem dupliciter scribi. Ejus sonus legitimus. Quomo-
do dignoscatur ab accentu Rebia. De puncto litteræ ו
& alia quadam.*

Q Varta vocalis longa Cholem sive Holem dici-
tur.

Ea duplex est quod ad scripturam, Holem
eum vau & Holem absque vau. Holem cum vau
vocatur, quæ vau litteram adscriptam habet. Abs-
que vau scriptam R. Salomo enumerat inter voca-
les parvas, videlicet loco camets chatuph: sed per-
peram. Quippe magna semper est manetque sive
vau ad sit sive non, nihil refert. Vau enim non im-
mutat sonum, qui ei pinguis, extensus, plane ac
plene adsonans o magnum Hellanicum, cui re-
spondet o Latiane geminum sive apicatum: quod
nos poene soli Europæorum Belgæ & scribimus pa-
riter & esserimus broot, panis; loot, plumbum;
root rubrum. Ab hoc igitur sono appellata fuit Ho-
lem. Attestantur vulgo Grammatici, & in his Abra-
ham de Balmes, qui vocem interpretatur בְּרִיא
תְּלִשִׁי, pinguis & perfectus aut plenus. Hunc sonum
audis in וְ Doeg, in וְלָזָעָם, in צָרָעָה, id est,
בְּרִיאָה, וְלָזָעָם, צָרָעָה, Gomora
Tyrus סְדָמָה, סְדָמָה;

In libro
quæ vocat
Linguam
eruditiorum.

Vel
o
Vetores
aliquando
scripferunt
pro eo o
breve

quod ei
zoids ap-
pellant,

בְּרִיאָה
נָבָרָה
Gomora

סְדָמָה
סְדָמָה;

Tyrus, in עַבְרָהָן Oreb: quem efformabis ore pleno ac rotundo, labiis sursum versus elevatis, lingua modice retracta & introrsum ad dentes genuinis vicinos reducta. Hunc sonum attenuabis paullum in סְבִיבָה circuite, & בְּרוֹכָה visitate. Sunt præterea soni alii quatuor (ita Ebrei centent) aut quinque: sed minimum quatuor. Primus enuntiatur in וּ ore plus satis pleno & modice contracto. Secundus est in עַבְרָהָן, quem efferes ore minus contracto. Tertius est in וְ quem efformabis ore aperto quasi ex intimo pectore. Quartus in שְׁעָרָה ubi opus pronuntiati presso e gutture manante. Quintus est in וְ mixtus ex duobus superioribus. Restat ut dicamus aliquid de situ hujus puncti: quod ponitur supra litteram vau latentem vel expressam: sed si latet vau, ponitur ad latus sinistrum ejus litteræ cum qua moveretur, nisicum quiescit in Aleph. Tum enim latus ejus dexterum occupat, ut אַנְפֵי dicet. His diligenter consideratis facile distingues ab accentu Rebia, qui mediæ litteræ insidet equitis instar, hoc modo וְ . Accedit nonnunquam ut littera וְ concurrat cum hac vocali. Quod ubi sit, uno stigmate notant & holem & punctum litteræ וְ sive dextrum fuerit sive sinistrum. De dextro exemplum præbet נָמָס Moses, de sinistro פְּתֻלָּה genus. Hoc tamen raro sit vau præsente. Tunc enim adscribi solet utrumque

utrumque punctum, ut פְּתֻלָּה. Hanc vocalem Chaldaei permутant cum camets lato, ut cum dicunt פְּתֻלָּה seculum, פְּתֻלָּה ovis vel capra, & alia id genus. Ex hoc more, ut opinor, Sarra dicta est apud Ennum, qui Poenos scripsit Sarra oriundos. Sor, Sar, Sarra, id est, Tyrus.

Appendix.

Mentio in hoc capite litteræ וְ, quæ in sono variat pro ratione puncti quod gerit modo in dextero cornu vel dente, modo in sinistro sive lavo. Nam quando punctum habet in cornu dextero, magis stridet ac sibilat Sch, recteque à Germanis & Belgis hodie pronuntiatur, שָׁדָן Schaden, שְׁילְטָן Schilten, id est clypei. Ad sonat Sc in scamnum, vulgari effatu. nam vulgus Schamnum pronuntiat. At quando punctum gerit in cornu altero, tum planè sono consentit, ut quidam volunt, cum ס Samech; ut ego, cum s latino, ut quidem hodie pronuntiatur in primis vocibus, Samuel, sanctus, ac si esset SSA-muel, sanctus. Qui sonus medius est inter וְ & ס, in וְ tamen magis accedit ad וְ quam ad ס. Abrahām de Balines Vulgi pronuntiatio ad ס magis inclinat: sapientum ad וְ, que est radix et origo ejus. Nam Samech leniore in paullo molliore inquit; sonum habet: qualcm audis in asinus, miser, disertus. Hoc

Quidam
n^o Samuel
s^o sanctus,
qui sonus
est litteræ
T^hade, non
placet,

modo distingues וַיְהִי posuit, & וַיְהִי ibi: וְיֵצֶר extulit et וְיֵצֶר decepit. item וְיָד tentavit & וְיָד tulit in Pi-el. Olim aliter: nunc ita mihi videtur. Mollis enim ille sonus, ut postea didici, germanus est litteræ S, cui respondet Samech Ebræum. Sed tamen nolim de eo contendere. Si cui prior in ea sententia magis placet, sequatur eani: per me hoc c ilicet.

C A P U T 9.

Vltima vocalis longa nomina recensentur & explicantur. Quando in naturam Kibbuts transeat. Sonus idem qui est diphthongi ou: ejusdemque cum au permutatione.

Quinta vocalis magna (Schurec dico) adhuc superest, quæ protertur in orbem contracto ore cum sibili: unde & nomen sortita est. פְּרַע enim si bilare significat. Vocatur interdum פְּלֹט, i. plenum os, quod nomen commune habet cum Kibbuts. Nam utrumque pleno effertur ore. Aliando nuncupatur schurec magnum, nempe ad comparationem τῆς Kibbuts, quod schurec parvum distinguuntur. Vnde tam crebro inter se migrant & alternantur. Nam & Kibbuts sēpissime pro schurec ponuntur. ut Abraham de Balme quandoque, ut in הַמִּזְבֵּחַ percussus est, τὴν nascitur & similibus exemplis, in quibus schurec attenuari velim.

velim. Fit hoc semper, quum dages sequitur aut sceva quiescens, nullo interposito accentu. De scheva exemplum non occurrit. Nam quod nonnulli adducunt מְשֻׁבָּת existimantes in talibus brevem esse, non persuadent. Minus illi, qui adserunt brevissimum esse. Nam puncta brevissima, quæ nos raptæ dicimus, subsilente non possunt ulla ratione antescheva. Sed nec brevis esse potest ibi schurec, eo quod sequatur scheva lectum sive mobile. Ideo schurec, si contingat sequi gutturalem aliquam notatam scheva simplici, in chirec mutatur Amoss. 4. יְהִי & vivite, Zach. 8. 13 מְשֻׁבָּת & eritis. Quod certe non fieret, si schurec illic brevis esset. Sed ad propositum. Sonus ei (longæ dico) qui ou diphthongum plene ac plane exprimit. Quomodo Itali & Germani, ut auditione accepi, pronuntiant (u) vocalem. Quocirca Grammatici tradunt sonare (u) Italicum aut Germanicum. Hoc audis in וְיָד Vr, ignis: לְנָדָן, nobis: כְּרָבִים Cherubim, & in ipso denique nomine schurec. Græci ferè semper expresserunt per ou, quod Latinis est ulongum אוֹרֵה ouειας: οὐλάτη. ηψη Σεπον in Hexaplis. Interdum pro ea scripferunt au, υντις Au, unde Ausitis: υντις Naui, quod corrupte Naui scribitur in libris, errore natu, ut reor, ex similitudine harum literarum. Sed hæc aliena. Redeo domum. Hoc punctum intra solius vau græ-

mium se continet, sine qua non reperitur nisi figura Kibbut scriptum. Atque hinc geminum Kibbut, latum & tenuem; de quibus suo loco. Ante quam finio, monendus es, lector, punctum in litera vau, si precedat vocalis parva, eam geminare, ut וְ linea sive regula eorum. Non enim schurec ibi ponitur in vau, sed daghes: de quo postea.

Eo quod sequatur scheva lectum) Balmesius in Grammatica sua vocat scheva quiescens, & pro exemplo adducit אַבָּרְתָּן & eritis memores: item אַחֲרְתָּן & accipietis. Sed error mihi videtur in dictione בְּ , cuius loco legendum putarim בְּ unius litterae immutatione. Sane quidem in eadem sua Grammatica post aliquot paginas ita scribit, *omne vau in capite dictio[n]is antecedens scheva mobile notabitur puncto schurec, ut וְ וְ cubabit.*

Sonus ei qui וְ diphongum &c.) Idem sonus in vau copulante, quoties occupat initia dictio[n]um, sequente scheva, vel una ex litteris בְּ , quas labiatas indigent. וְ & prælium, וְ & visitavit, ac si esset וְ & וְ præcedente Aleph. Græci quod v consona carerent, idem servarunt in aliis dictio[n]ibus οὐαντα , quod in libris οὐαντα ; unde Αὐαγωνα & Αὐαγωνα , si non est mendu[m] librariorum. Sic στρια στρια : quod latine scribas non male vvalea, per duplex v. De hac re adducere possem plura exempla,

sed

sed supersedeo. Non enim dubiu[m] mihi est quin semper vau eo modo scriferint, nisi cum eam penitus omitterent & negligerent. Quod forte accidit in וְ וְ VVasthi (nomen est reginæ Esth. 1.). Nam lectum אַ in eorum libris. Ad quod exemplum doctores scribunt, אַ פְּ פְּ אַ pro Vespasianus.

C A P U T IO.

Transitum ad vocales parvas, cur de magnis prius egerim.

De vocalibus magnis haec tenus. Restant parvae si-
ve breves, quæ sunt Patach, segol, chirec caton,
id est parvum, camets chatuph, id est raptum &
Kibbut. Quidam fortasse me reprehendent, quod
prius egerim de longis vocalibus: & revera simplex
sonus natura prior est duplici. Sed ego judico de
hac re non esse contendendum. Secutus sum auto-
res nec malos nec imperitos. Præterea in magnis
vocalibus quiescunt semper literæ וְ , quas matres
lectionis nuncupant. Adhæc quum magnæ vocen-
tur, videntur ipso jure debere præcedere, tanquam
digniores. Dignius enim censetur quod majus est,
ut plurimum, quod Græci dicunt $\omega\epsilon\pi\tau\delta\pi\lambda\epsilon\zeta\sigma\gamma$.

C A P U T II.

Patach unde appellatum. Duplex esse magnum & par-
vum. Sonum illius (magni dico) geminum esse. Quo-
modo veteres expresserint.

C 3

Venio jam ad Patach, quod nomen apertione in significat. Nam profertur ore aperto. Hoc autem duplex, magnum, parvum. Magnum hodie patach simpliciter, parvum segol appellatur. Magnum autem dicitur ad discriminem, nam clarior sonat. Sic dico, utrumque aperto ore pronunciatur, sed Patach (intelligo magnum, & sic deinceps) tonum habet clariorē. Cave putas propterea longum esse. Sic parvum carnets, quod semper longum est, breve nunquam. Magnum ergo dicitur non quoad tempus, sed quoad tonum: quem geminum deprehendo. Prior acutus est, ut cum accentus adest, ut in פָּנָר puer, adolescentis; בְּנֵי redii: alter tenuis magis & exilis, quem audis quoties dages sequitur aut scheva, nullum ante se habens accentum, ut בְּנֵי loquere, בְּנֵי visitavistis. Nonnulli, in queis Abraham de Balmes, addunt, me tamen dissentiente, sonum tertium raptum, qui exauditur, ut ajunt, in אַבְרָהָם Abraham, גַּבִּרְיָאֵל Gabriel & similibus exemplis: in quibus a primæ syllabæ rapitur ad sequentes reges. Hanc vocalem veteres expresserūt sèpius per a, ut בָּאָה, rarius per e, ut בְּאָ Mes, הָדָה Hedesfa, רְגָלִי Reglau. Nec mirum. Crebrum enim nimis ut hæc vocales inter se alternent. Sic reperio Beth pro filia, id est, בָּת apud Hieronymum, & לְחִנְנָה ad misericendum pro לְחִנְנָה apud Davidem Psal. 102.

Fieri

Fierietiam potest, cum puncta nondum adscripta essent, ut olim legerint Patach parvum pro magno. Claudam caput, si prius addidero ḥiṭṭat leṭṭum olim fuisse Sophonias, & שׁוֹנְיָה Sodolias, & תְּחִזְקָה Thogorma.

Acutus) nam accentus syllabam, quam afficit, acuit. Quidam arbitrantur in his exemplis patach longum esse, in quibus & Santes: Sed hos refellit primum distributio vocalium in longas & parvas: deinde accentus major distinguens, qui sere patach illud in carnets mutat בְּנֵי puer בְּנֵי reverti. Quod non fieret, meo iudicio, si patach ibi longa vocalis esset. Iudico igitur patach semper brevem esse. Quod autem ob accentum aliquando tñere in patach mutetur, hoc ideo fieri crediderim, quia patach vocalis est magis clara & sonora. Sed tamen hoc pono, non statuo. Cæterum quæ de acuto sono disputavi, ea communia sunt huic punto cum segol & aliis, quando juxta se accentum habent.

C A P U T 12.

De segole ejusdemque tribus nominibus & unde ducta sint: itemque de sono ejus dupliciti, & quid antiqui pro eo scripserint.

Secunda vocalis parva segol vocatur, & patach minus, ut dictum est. Segol a figura, & patach a flo-

ne.

no. Præterea vocatur etiam triapuncta, quod nō men ei commune cum Kibbutz. Massoritæ & eos fecutus R. Salomo vocant Patach simpliciter. Segol vocatur a figura, ut dixi. Nam ea refert botrum, quæ אַלְוֹן dicitur: aut monile a collo dependens. Sed plures a botro deducunt, cujus acinos figura sua quodammodo exprimit. Hæc tamen solida non sunt, neque ego ea pro certis obrudo. Demat aut adimat fidem qui volet pro arbitrio. Patach vocatur quia profertur ore aperto, & minus sive parvū, quia minus clare insonat. Sonum habet duplēm acutum ac tenuem. Acutus est in יְהֹוָה rex: tenuis in יְהֹוָה voluntas ejus, יְהֹוָה quæ mihi est. Balmesius addit tertium, quem raptum vocat, in יְהֹוָה uxoria, quod scribit יְהֹוָה cum chateph segol sub aleph, & contra consuetudinem, & contra fidem codicū, quos inspexi. Ego eum errare puto. Quibusdam placuit hanc vocalem aliter enuntiare, tribuentes ei mixtum quandam sonum ex a & e. Itaque scribunt segol. Quos aliquid juvat Abraham de Balmes scribens compositum esse ex patach & camets parvo. Sed melius antiqui, me quidem judice, qui expresserūt per e brevē יְהֹוָה Helebon in commentariis Hiero. Ies. 15. נְהֹב Phele Ies. 9. id est admirabilis. וְיְהֹוָה Ios. 19.25. וְיְהֹוָה σελαβις, וְיְהֹוָה σεלא, id est Selah vel Selah. Reperio & o pro c Gen. 10.12. יְהֹוָה Mosoch:

contra

contra יְהֹוָה lectan. Interdum pro e scripserunt a propter affinitatem, quæ inter has vocales, aut quod olim ita legerint, יְהֹוָה Sarabias 2. Ezr. 9. 5. יְהֹוָה Sarafar Ierem. 39.3. De segol haec tenus. Possim plura dicere, sed nolo verbosus esse in re minime controversa.

CAPUT. 13.

Chiric parvum sive minus & chiric absque Ioth ut differant. Minus cognosci ex natura parvarum vocalium. Per e se numero expressum in veteribus, & interdum per a.

Chiric parvum dicitur ad discriminem magni. Vocatur etiam chirec absque Iod. Sed interest aliquid. Nam in magno sæpe abest Iod, ut diximus. Parvum autem esse disces ex natura parvarum vocalium, quæ post se scheva postulant aut dages: ac tum sonum habet qualēm i tenue Græcum aut Latinum. Hunc exaudiis in בְּרִית convicium, בְּרִית sanguis vester: item in בְּקָרְבָּת Psal. 45.10. Vbi littera Ioth in pronunciatione prorsus negligitur. Balmesius autor est raptim efferti in בְּרִית mementote: sed magis elevatur, inquit, in בְּרִית date munera Iob. 6. 22. & in בְּרִית וְיְהֹוָה Gen. 30.38. Quod si accentus adfuerit, sonus debet esse magis acutus, ut in בְּרִית. Que exemplo confutari possunt, qui negant

D

vocalem regiam esse. Nam si patach & segol regiae sunt, quando accentu sustinentur, cur non etiam chirec? Fefellit grammaticos nostros id quod Ebrei tradunt de septem regibus. Nos antea docuimus numero illo comprehendendi omnes decem vocales. Nam tres ex illis duplices sunt. Sed quid haereo in semel dictis? Haec vocalis expressa veteribus trifariam. Primo per i sed rarissime. Vnum duntaxat exemplum mihi occurrit, quod extat apud Hiero, in codice manuscripto אל גבור El gibbor, Deus fortis. Secundo per e quomodo expressa invenitur frequentissime, nec unquam sere aliter, עכרי Eē, נניאר Emmanuel, שׁנְאֵל serpens fœmina, חַדְּשָׁה scelus, שׁמְמָנָה mēmennu, שׁמְמָה semu, שׁמְמָה mesphat, judicium, שׁמְמָה mesra, principatus, מִשְׁרָאֵם Mesraim Aegyptus, זֶלְפָה Zelpha, Zephrona, בְּנֵי Béjamin: Quæ oīa exēpla descripta sunt partim ex Bibliis Græcis, partim ex Euseb. & Hieronymo: cuius librū manudescriptum penes me habeo, in quo cōstans hæc scriptura. Quibus addes ex editione nostra לְלִיל Hellel, סְבָבָה Seboleth & alia sexcēta. Tertio expressa est per a, ex dialecto, ut opinor, Chaldaica sive Syriaca. Nā ea i cum a permittat. Hinc מִרְיָם Mariam, פָּחָג Phasga, מַגְדָּל Magdal, unde Maria Magdalene; שָׁמְרִי Samson, & alia multa, quæ enumerare nec opus est nec lubet, יְיָהָר Συμεὼν, quod in libris, videtur

mendum

mendum esse pro Συμεὼν. Nam & Συμεὼν legitur, culpa librariorum pro Συμεὼν id est Simon, vel certe Simo.

Secundo per e) forte cum vocales abessent, legebant segol, ubi nunc chirec minus, ut causa nulla sit cur Elias miretur legi medras ab ipsismet Iudæis pro midras. Alioquin hæc vocales de facili permuntantur & invicem sibi cedunt, etiam in Lat. Sane magester dicebant veteres, & Menerva, quod nunc dicimus magister & Minerva.

CAPUT 14.

De camets chatuph ejusque sono, nominibus et figura, quæ sit eadem cum figura magni camets. ostensum quomodo inter se dignosci possint.

Sequitur camets, quod vocant chatuph, de cuius sono inter Græmaticos satis convenit, non item de nomine & figura. Ei respondet o exile Græcanicum. Itaque Hiero. passim appellat o brevem litteram. Non quod littera sit apud Ebræos, sed abusive litteram dixit pro vocali, quæ per litteram exprimitur. Nam vocales omnes litteræ sunt apud Græcos & Latinos. Hoc modo quidam scheva quoque vocalem appellant, cum vocalis non sit revera. Non enim syllabam constituit. Sed ad rem. Duxi non satis cōvenire inter Grammaticos de nomine,

D 2

& verum est. Nam sunt qui vocant chateph camets & cum punto rapto confundunt ejusdem nominis. Cave hos sequaris. Multa enim absurdia inde manant. Elias appellat chateph absque scheva, & R. David camets chateph, quod in idem recedit, nisi quod ordo verborum transpositus. Abraham de Balmes prætulit camets chathuph. Id nonat camets correptum. Sic nos supra quoque appellavimus. Voluisse m camets parvum, nisi hoc nomine Ebræi aliam vocalem significanterent. Quid si camets breve? Favet Hiero, qui o brevem litteram nuncupat. Qui camets appellarunt, rationem habuerunt figuræ. Alioqui potius appellassent holem parvum, ut hiric parvum dicimus & schurec paryum. Sed, ut dixi, respexerunt ad figuram, quæ eadem plane cum camets magno, nisi quod in quibusdam locis additum sit scheva ad camets breve. Dubito an bene, aut potius non dubito quin male additum sit. Nam scheva ita corripit vocalem, ut vocalis amplius non maneat. Immutat enim potestatem ejus. Proinde punctilla, quæ scheva adjunctum habent, syllabam non constituunt. Nam degenerat in naturam ipsius scheva. Adhæc non possunt subsistere ullo modo ante scheva. Amittunt enim tunc suum scheva, quia duo schevam nunquam simul leguntur. Hoc ita notum ut nihil magis. Abraham

[de]

de Balmes bene scivit, ac proinde sic scribit, *Non est discrimin inter figuram camets chatuph & figuram camets magni: & alibi, ne crede iis qui dicunt etiam camets pleni oris scribi debere cum scheva ante se. Nā est differentia magna inter statam pronuntiationem ejus & celerem motum camets rapti sive schevati. Antea dictum est camets compositū videri ex patach & holem.* Hoc repeto, quia prior vocalis in magno prevalet, posterior autem in correpto, nempe holem. Oportune hic queritur cum sit eadē figura utriusq; camets, quo pacto inter se discernatur? facilius quam vulgo existimat. Nam post camets breve sequitur sere daghes aut scheva: scheva dico vel expressura, ut חכמה sapientia, vel subintellec^{tum}, ut אומן omnis homo: quod leges chol adam. Nam ultima^h virtute, hoc est vi ac potestate, continet scheva. Notantur duo in quibus camets latum ante dages, videlicet חתמה domus & בְּבֵית obsecro. In his nullus est accentus ante scheva. Quod omnino nec cessarium. Nam accentus indicat camets longum esse, חכמה sapuit fœmina, וְלֹא omnes fratres pauperis Proverb. 19.7. כל omnia ossa mea: quod leges chal per a Germanicum. Sic etiam leges יardi Psal. 30.4. וְלֹא Abd. II. רַבָּפִי Psal. 38.21. Nam quia figura eadē ipsi cum magno camets, ideo in illud facile migrat. Huc referes פְּרוּכִים leghū & scri-

Hec regula non habet locum in litteris quiescentibus, ut נגינה נגינה coram mihi Psal. 116.

ptum ab antiquis Mardochæus, ac si esset מְרֹכֶב. Ad quod exemplum invenies עִירָא, quod legendum Darjaues & non, ut quidam, Dorjaues. Ut funis fūnem necit, ita quæstio una aliam trahit. Quæritur quomodo legendum sit אַבְנָלָה comesus: item אַבְנָלָה tabernaculum ejus, & גָּמִים nomen proprium fœminæ. Nam vulgus in his & similibus post Davidem Camium, & Santem primæ syllabæ camets semper producit. Quos juvat accentus inter camets & punctum raptum. Ergo legunt haochal, aholo, Naomi, viri alioquin docti probique. Sed non probant mihi. Ut in aliis quibusdam, ita in hoc seorsim ab iis sentio. Dico legendum hoochol, oholo, Noomi. Rationes meas jam pridē vulgavi & exposui Miscel. cent. 2. cap. 77. Quibus addo duas alias. Prior sumpta est ex analogia verborum generis passivi הַלְלָה salitus fuit, הַחֲתָה corruptus, הַפְּקָד visitatus. Ea policit ut legamus האכל hoochol, המורה moomad, המורה meoddam. Nam nulla ratio est cur camets in his produci, in illis vero corripi debeat. Ego certe nullam video præter accentum, qui alioqui poni confrevit inter punctum raptum & vocalem præcedentem. Sed si in האכל non producit segol, nec in האכל patach, an majorem vim habebit ante chateph camets? Altera ratiosumpta est ex formis nominum. Nam si שְׁרוּ efferimus per o brevem, cur

NON

non item אַהֲלָה, cum sint nomina ejusdem formæ? Adhæc & autores mihi, qui sic legerunt. Si antiqui, nunquid propterea spernendi? Apud vulgatum nostrum interpretem est noemi, & in libris Græcorum Νοημή, οὐλιβαμά: quod nunc legunt ac scribunt Aholibama. Sed satis de hac re. Supra mihi excidit nomen hujus vocalis quod est camets pleni oris. Ebraice פָּמָלָה. Quo nomine afficitur propter sonum, quem habet. Nam pleno ore profertur. Quod ei commune cum utroque schurec.

Non producit segol) impropria locutio. Nam accentus non producit ullam vocalem, sed tantum indicat eam productam & longam esse. Sic sane in חַכְמָה ponitur accentus ut sciamus ibi legendum esse Hochma, & non Hachema. Contra scheva corripit vocalem, quando indicat eam corripiendam esse, ut in חַכְמָה sapientia.

C A P U T . 15.

De ultima vocalium Kibbutz. Ejus nomina explicantur & sonus duplex ostenditur. De Kibbutz magno & qua ratione a parvo discernatur.

R ESTAT Kibbutz, quod plenius Kibbutz labiorum vocant. Pronuntiatur enim collectis & contraria labiis non sine sibilo quodam. Quocirca & schurec vocatur, sed cum epitheto, schurec parvum sive minutum

minutum. Dicitur etiam plenum os & vocalis trium punctorum. Potestas ejus duplex, longa, brevis. Longa sono inclinat ad schurec majus, aut potius eundem cum illo sonum habet. Breve respondet u Græco, & u Latino exili, quod Gallicum appellant. Id cognosces ex natura parvarum vocalium, quæ post le dages poscunt, aut scheva quiescens, nullo intercurrente accentu. Ergo in ῥεbrevis est, ut etiam in ῥεβρ. Longam tibi ostendet forma nominis aut verbi. Nominis ut οὐτοις retributio: verbi, ut οὐτοις dixit, οὐτοις suffurata. Cæterum in οὐτοις Kibbutz corripitur sequente maccaph. Sic in οὐτοις putarim esse Kibbutz breve: at in οὐτοις longum est. Ideo per meteg sustinetur juxta morem longarum vocalium. Quidam tradunt Kibbutz sempere brevibus esse. Vbi autem longa conspicitur, non Kibbutz esse, sed schurec absque vau, quod aliter scribi non potuit quam figura Kibbutz. Verum autores mihi qui aliud suadent, quos nunc secutus sum. Inter alios, duo genera Kibbutz memorat Elias Levi-ta, quem vide, si placet, in libro Massoreth Hammassoreth. Diximus Kibbutz sonare u exile. Id abit ab o longiule. Alterum pro altero tamen scriptum olim & lectum, οὐτοις Hophim apud Hiero. in libro nominum. Quod non potest mendu esse, cum sequatur, *Hucusq; per o brevē litterā legerimus.*

Cap. 16.

CAPUT 16.

Transitum ad servos. quænam puncta eo nomine intelligantur. Motiones omnes non esse vocales.

Hucusque de punctis regiis. Sequuntur jam serva, quæ servilia vulgus appellat. Serva dico, quæ non constituunt syllabam. Ea sunt duorum generum. Alia litteras movent, alia eisdem immutant. Litteras movent scheva, puncta rapta & patach suffuratum. Eisdem immutant dages, mappic & raphe. Puncta prioris generis ab Ebræis νων vocantur, id est motiones. Quod nomen est vocalium apud eosdem: non tamen ideo vocales sunt. Non enim syllabam constituunt. Dicendū ergo vocales omnes motiones esse, sed non contra. Motionis enim vocabulum latius patet. Porro motiones dividuntur quia movent litteras. Litteræ autem intelliguntur moveri, quando leguntur. Nam movere est legere. Itaque hinc excipitur scheva quiescens: quod tamen litteram, sub qua ponitur, trahit ad præcedentem syllabam. De his singulatim nunc dicam, ac primum de scheva.

Quæ non constituunt syllabam) alii, quæ non recipiunt cantum sive modulationem accentus. Hi restringunt ad servos prioris generis. Sed quinque recensent scheva mugiens, scheva proprie dictum, cha-

E

teph patach, chateph segol & chateph camets. Vide-
dus hac de re Abrahā de Balmes, qui pro scheva mu-
giente reponi posse ait scheva mobile cum daghes
forti. Adeo parum sibi constat.

CAPUT 17.

*De scheva nomine duplii scriptura. Ejus cognitio ne-
cessaria.*

Scheva princeps servorum primo loco se dat &
offert nobis: cuius duplex scriptura Ebraica Ple-
riique omnes scribunt נֶגֶף per vau: alii scribunt נֶגֶב
scheba per beth. Qui per vau scribunt, dictum exi-
stiment ex eo quod syllabas æquæt. Nam נֶגֶף æqua-
ri significat. Qui vero per beth scribunt, deducunt
a verbo נָגַשׁ. Id significat in captivitatē abduco.
Nomen cum re cōvenit. Nam captivam dicit, imò
trahit, litteram, sub qua ponitur, vel ad præcedentia
vel ad sequentia. Si ad præcedentia, mutescit peni-
tus: si ad sequentia, sonat & vocale est. Atque hinc
duplex scheva, de quo postea. Vtra scriptura verior
melior sit fateor me ignorare, nec puto magnope-
re de eo nobis laborandum esse. Satis si sciamus
cognitionem ejus necessariam esse. Nam docet cui
syllabæ una quæque littera jungenda sit. Decla-
rabo hoc uno atque altero exemplo. נְגַב vox est
duas syllabas habens. Eas imperite pronuntiabis
nisi

nisi scias quale scheva sit sub. Cum hoc scies, non
dubitabis quin pertineat ad syllabam priorem.
Contra in נֶגֶב scheva nos admonet p̄ jungendum
esse cum syllaba ultima. Nam trahit eo litteram
cum legitur. Adhæc verba significationis diversæ
per scheva distinguuntur. נֶגֶב pro hac re testimoniū
dicet. Multum refert liru legas an lireu. Si liru
significat videbunt, & est futurū a נֶגֶב vidit: si lireu,
sig. timebunt, & est futurum נֶגֶב timuit. Quocir-
ca quæ Grammatici tradunt de hoc puncto, non de-
bemus ea vel ut superflua rejicare, vel ut inutilia
spernere. Quod pridem conatus fuit nobis persua-
dere non nemo: sed frustra. Mihi certe nullus
adhuc persuasit.

CAPUT 18.

*Duplex esse scheva, mobile sive lectum & quiescens. Quae
le sit utriusque officium. Quiescens rursum duplex
esse, expressum & intellectum. Quando id mobile fiat.*

VSus hujus puncti, vel si munus aut officium ap-
pellare libet, duplex est. Trahit enim litteram,
sub qua ponitur intelligiturve, aut ad præcedentē
syllabam aut ad sequentem. Si ad præceden-
tem, vocatur scheva quiescens: si ad sequentem,
vocatur scheva mobile sive lectum. Quiescens vo-
catur, quia penitus quiescit ac mutum est, nec ul-

lum sonum edit, ut **הַנִּזְבֵּן** meditatur. Est autem duplex expressum & latens vel intellectum. Expressum, ut in exemplo modo citato: intellectum, ut in **אָמֹת**. Semper enim ultima littera virtute continet scheva. Proinde licet non exprimatur, intelligitur tamen. Aliquando etiam exprimitur, ut in chaph finali **רְאֵנָה** via, & quando alterum scheva precedit **תְּשִׁׁי** bibet, **תְּשִׁׁי** potum præbebit, vel ejus loco patach **תְּשִׁׁי** Exod. 18. 9. Quibus addes **בְּנֵי** ex Ierem. 40. Quanquam Abenmelech scheva ibi legi arbitratur sonareq; ut Hiric. Ego quiescere puto. Ab hac regula excipies eas dictiones, quæ ultimam habent quiescentem **אֶת** invenit, **תְּנִפְרָעָה** migravit, **רְאֵנָה** onager. Fit autem mobile, primo si occupet initium dictionis, **בְּנֵי** oraculum: secundo, si sequatur vocem magnam non fultam accentu Grammatico, **בְּנֵי** egerunt perfide. Nam accentus, qui post camets, rhetoricus est; quem meteg vocant, cuius locum supplet interdum aliis accentus, ut **וְיַעֲשֵׂה** Zach. 14. II. **וְיִשְׁעֵה** Iocel. 1. 2. **וְיִשְׁעֵה** Ies. 14. 20. 2. Paralip. 20. II. Quod si adfuerit accentus grammaticus sive nativus, (nam si calando vocatur) non legetur: **וְקַרְבָּה** visitate, **תְּלַעֲבָה** & supra. Tertio si sit sub littera notata dages, **וְבָרֵךְ** locuti fuerunt. Interdum dages excidit & ejus loco meteg ponitur **הַלְלֵי** laudate, **הַלְלֵי** archimusico. Hoc

tamen

tamen arbitratum esse volo, nolo sit certum. Quarto si præcedat alterum scheva in medio dictiōnis **וְקַרְבָּה** visitabunt. Alioquin in fine quiescit utrumque, etiam præsente dages **וְבָרֵךְ** & flevit, **תְּלַעֲבָה** dilatet. Id probo quatuor argumentis. Primum enim sequens dictio reperitur cum (۱) Gen. 9. 27. **וְאַתָּה** **אֶל-** **תְּלַעֲבָה**. Si enim legeretur scheva sub Thau, duo schevaim lecta coinciderēt. Quod fieri nullo modo potest. Deinde prima sequentis invenitur notata dages leni. Iob. 3. 6. **וְלֹא** **בִּרְבִּישִׁים** una sit in diebus. Gen. 16. II. **וְיָלְדָתָה** & paries filium. Rursum Iob. 31. 27. **וְיִפְחַת** **בְּפָתָחָה** & deceptum est clam: & Ierem. 22. 23. **וְיִתְּבַחֵת** **בְּלִכְנוֹן**. Vide Abenmelech ad hunc postremum locum. Sic alibi **מִקְרָבֵנִית** **בְּאַרְזֵם**. Præterea duo schevaim in fine dictionis sustinentur accentu magno, quem Athnach vocant Gen. 45. 14. **וְבָרֵךְ** & flevit. Imo versum claudunt & Siluc notantur qui ab aliis Soph pasuc dicitur, Gen. 27. 38. **וְאַתָּה** **קָוְלֵן** **וְאַתָּה** **קָרְבָּה** sustulit Esau vocem suam & flevit. Postremo scripta in fine leguntur cum Pasēc post se. Num. 21. I. **וְאַתָּה** **שְׁבַעַת** & abduxit ex eo captivos. Pasēc autem dictiones disjungit, ita ut simul legi non possint, ac si unitæ essent. Quod etiam de Athnach & Soph pasuc dici posset.

Si sequatur vocem magnam) vocem appello vocalem. Quod ante me Clenardus fecit. Sed

& alii. Quandoque post hujusmodi vocem quiescit scheva, בְּשָׁעָל in Iezrael, לִזְרָאֵל Iezraeli. His addebat quod exemplum adducit Abenmelech in Michlal Iophil erem 25. & בַּקְרֹבֶן Psal. 45. 10. Vbi littera Iod occultatur in lectione. Autor R. David in commentariis ad eum locum. Vide, si placet; & si habes.

CAPUT 19.

Scheva non legi ante Aleph.

ADdunt quidam scheva quoque legi ante & in angelus. Sed id mihi non probant viri alioqui probati. Primum quia nulla nititur auctoritate: deinde quia inde sequeretur duo schevam simul legi נִתְּנָהָא angeli Domini, נְסָעָה solium tuum, יְשֻׁבָּנָה haurient, נְרוּאָתָה Gen. 9. 14. Sed linguæ idiotismus hoc non patitur. Ergo vana est hæc regula & merito ab aliis rejecta. Postremo quia tollit discrimen, quod inter קְרָא videbunt & קְרָא timebunt. Nam si leges scheva propter sequens & in confundes videbunt cum eo quod in hoc idiomate significat timebunt. Quis intelliget ita pronuntiantem aut legentem? oīn ῥγως. Antiqui tamen videntur legisse ante gutturales נְשָׁמָה Isahac, נְעָד Galaad.

Cap. 20.

CAPUT 20.

Scheva non legi post meteg, nisi si meteg ponatur pro dages aut littera defecta.

Explosa vanissima regula, age nunc aliam expendamus. Dicunt Grammatici, scheva etiam legi post vocalem parvam quæ post se meteg habeat. Hoc partim verum, partim falsum est. Verum est legi post meteg (ambigens hæc scribo) quando meteg supplet vicem dages aut litteræ defectæ. Exempla de dages supra produximus. Quibus addes חֲמַכָּה Levit. 3. 3. מְתַחֲבִיבָה Mich. 3. 9. Litteram defectam, vel magis quiescentem, supplet in קְרָא timebunt, קְרָא terminus tuus. Hic vau indicat, ibi Ioth. Alias quiescit semper post meteg, quod probbo hisce rationibus.

1. Post meteg reperitur sub littera gutturali, קְרָא erit, קְרָא ut sit. Porro sub gutturali scheva legi non potest. Nam ideo invēta sunt pūcta raptæ, quæ aliquæ superflua essent, si scheva legi posset sub illis litteris.

2. Post hujusmodi scheva reperitur dages lene Ies. 63. 6. תְּמִימָה benignitates Domini. Psal. 62. תְּמִימָה evanescetis.

3. Sine dages invenitur alterum scheva Gen. 3. 15. קְרָא semen tuum, & cum dages Gen. 11. 8. וְקָרְבָּנָה & cessarunt. Quod exemplum debeo (cur enim dif-

fitear?)

sitare?) peritisimo harum litterarum meiq; amantissimo Isahaco Gronbeccio Dano. Nam is indicium fecit mihi, cum hac de re sermo esset. Erat illo tempore in hac schola serenissimi Daniæ regis alumnus; post merito virtutis & eruditionis evectus est ad episcopatum Nidrosianum, qui summus est in Norvegia. Vivat diu felix meiq; memor, lumen clarissimum suæ patriæ.

4. Quarto loco accedit, si ita videbitur, autoritas Massoritarum, qui dages vocant scheva positum sub littera gutturali. Cur dages? Nisi fallor, quia tum in littera proxima, si capax fuerit, debet poni dages lene.

C A P U T . 2 I.

An scheva legatur si eadem sequatur consonans.

Examinanda nunc regula quarta Clenardi, *aut eadem sequatur consonans*. Cur in יְלָנִים moveantur scheva jam dictum est. Nam dages, licet exciderit, vim suam exerit in scheva quod sub ה. Ad hoc significandum adhibetur meteg, quasi absentis dages loco. Sed Grammatici dicunt scheva semper legi quoties eadem sequitur consonans. An vere hoc dicant, nescio. Alii discutient. Interea inclino ut credam canonem illum nec plane vanum esse, nec tam

men

men ubique locum habere. Si præcedat Maarich aut meteg quale dixi, eo labor ut credam legendum esse. De בְּנֵי dubito. Similiter de חֲנַנִּים, ac malo esse utroque scheva quiescens, ut idem plane sonus sit qui in פְּנֵי intelleximus, & הַנִּי ecce me, vel ecce ego. Magis ambigo de רְכֻבֹת myriades Psl. 3. 7. Item de מְגַע vastate Ierem. 49.28. Causa ambigendi quod nullū videam dages in his locis. Imo sunt codices in quibus scriptum lectū per chateph patach. Non celabo te quicquam. Invenitur הַרְרִי montes ab inusitato הַרְרִי mons. Sed ab הַרְרִי quod in creberrimo usu הַרְרִי dicimus, non הַרְרִי. Vnde argumentum sumi potest pro his qui in הַרְרִי scheva legunt. Nam si quiesceret, cur non etiam dicemus הַרְרִי, cum idem utroque sonus sit?

Eadem littera sequente non legi scheva probari potest ex Abenmelecho Ebreo; quem vide, si placet, Ierem. 3. ad חַנְנָה, ubi litteras illas simul rapi ait & alteram absorberi. Vide quoq; si vacas, Ierem. 6. ad יְלָנִים, & Ierem. 5.6. ad מְגַע, quod idem esse scribit cum מְגַע vastabit eos: licet alii sint qui resolvant in תְּרוּם, Gen. 6.13. reperio & חַנְנִי, Zach. 11. 3. יְלָנִים cum meteg, & Proverb. 1.28. מְגַענִּי cum ac. centu & Ezecl. 4. יְלָנִים quod scheva dictus Abenmelechus legi negat nisi cum adest Maarich. His adde וְיְלָנִים & laudaverunt Gen. 12.15. ubi meteg cum

F

puncto rapto, quod chateph patach vocant.

CAPUT 22.

Quid scheva sonet, quidve hodie pro eo scribant.

SVpereſt ut dicamus aliquid de ſono, qui ei nul-
lus certus ac proprius. Hodie ſemper exprimunt
Christiani, etiam Ebraei, ut notatum in libro E-
phod, per e raptum יְבִרַת debir. Quod facilius eſt ut
pronuntiem quam ut ſcribam. Sed tamen hu-
juſmodi ſonus eſt inter duas conſonantes, quem La-
tini & Græci non exprimunt: qualem audis in Bri-
to, draco, ſmilax, flo. Ad hunc modum pronun-
tiabis בְּרִית brith, בְּנָאֵשׁ בְּנָאֵשׁ, בְּרִכִּים drachim, בְּמַפְּרָאָת Smoth, בְּלִוִי floni vel phloni. Sic בְּרִיר inquire,
ut ἀρόω ros. Sic בְּפָנִית σφανία, quæ antiquis σφανία, id
eſt Hispania. Sic denique בְּדֹולָה bdola, quod bdel-
lium interpretantur. Sed conſonantes ſunt, quæ hoc
modo jungi non poſſunt. Itaq; ſcripſimus debir,
quod eſſet alioqui dbir. In quo noſtros homines
ſecuti ſumus, non veteres, qui dabir ſcribebāt. Quæ
ſcriptura plane convenit cum regulis Ebræorum,
de quibus jam nunc dicturus ſum.

CAPUT 23.

*Quomodo veteres Ebraei ſcheva legerint & pronuntias-
verint.*

Dixi

DIxi ſcheva nullum proprium ſonum habere. Sic
eſt profeſio. Ideo tam varie ab illis (veteribus
dico: nam recentiores pronuntiant ut e breviſi-
mum) effertur. Qua de re apud Grammaticos re-
gulæ extant quatuor.

Prima eſt

Quando ſcheva unam e gutturatis anteit, ejus
pronuntiatio inclinat ad vocalem ſequentem, בְּגַבְּה Theena, ſicus: פְּהֹר Phoor (antique Phogor) קְחֻן kuchu accipite: כְּחִי Kichi, accipe foemina: מְעַמְּדָת parū: שְׂכֵלְתֵּם Scheelthem, poſtulaſtis: גְּוּרְבָּה goor-bo
increpa iſpum: הְפָעָלָה phuula. Notatur camets latum
גְּעַרְבָּה gaara, increpatio: קְעַרְבָּה Kaara, ſcutella. In qui-
bus exemplis ſcheva inſonat a clarum, quod vocant
patach.

Secunda regula.

Quoties Iod poſte habet, ejus effatus accedit ad
chirec, quæcunque tandem vocalis ſequatur בְּיִם chijom, ſicut dies: בְּיִבְיאָד, in manu: בְּיִלְיָאמָן, ad
mare.

Tertia regula.

Quoties antecedit aliam quamvis litteram, quæ
neque gutturalis, neque Iod ſit, tunc ſonum habet
proxime ad e raptum vel a raptum accidentē בְּגַרְבָּם
debarim, בְּגַרְבָּם Kalala, maledictio, diræ. Sa-

F 2

pius tamen ad a quam ad e accedit גָּלִיל גְּלִיל galil, id est Galilea gentium: קַרְתָּחָה Laristacha, ut hæreditate polsicas. Quandoque ipsum patach additum invenitur, ut Gen. 27, 38. קְבָרָה an benedictio & Gen. 2. 12. וְחַבְבָּה & aurum.

Quarta regularis

Si contigerit eam habere juxta se Gaaja (linea est
erecta ad latus sinistrum) pronuntiari debet cum
quodam mugitu, ~~as~~ ^{as} \$uu, tollite. Quidam addit
fortius sonare sub littera notata dages forti, & leni-
us si eadem haberit dages lene. Sed has regulas in
pronuntiando nemo hodie servat, ac ne interpretes
quidem eas olim servarunt, ut patet ex capite pro-
xime sequenti.

CAPUT 24.

Quomodo veteres interpres saeua expresserint

Iam videamus quid antiqui pro scheva scripserint.
Ante omnia reperio illud neglectum & omittedum
בראשית בְּרֵאשִׁית, Genesis: תְּמִימָה συμάθ, Exodus, apud Euse-
bius histor. Eccles. libr. 6. נַעֲמָת Smuel; unde δεσ-
μήλα, in Epiphanius de mensuris & ponderibus: υψό-
ματ, parum, apud Chrysostomum Plal. 8. Secundo
invenio expressam per e brevissimum יְהוָה Jericho
כֶּרֶב Cherubim: שְׂרָפִים Seraphim: בְּרֵשֶׁת יְהוָה Ierusa-
לֶה: כְּרוֹת sedus: רְעֵי Reu, qui & Ragau: וְכֹנְחָה Deb-
bora:

CAPUT 29

Dictionem nullam exire in (s)chera mobili

Dictionem nullam exire in scheva mobile, sc.
quiescens, antea dictum & probatum est quod
tuor argumentis. Quod nunc iterum repeto, quod
contra me stant viri magni gravesq; inter quos San-
tes David quoque, qui Camius cognominatur,
iis est. Sed & Abenmelech. Ille quedam loca exci-
pit, ut cum sequens dictio notatur scheva vel pur-
atio aliquo rapto. Hic quim dixisset scheva legi

naréque ut Hiric. Ierem. 40. in לְנַעֲצֵרִי אָשָׁר. Addit alios aliter sentire. Nam dicunt, inquit, scheva qui-escere. Quibus ego quoque assentior cum propter argumenta superius producta, tum propter illud imprimis quod scheva mobile trahat litteram ad sequentia, ut quiescens ad præcedentia. Sicut ergo quiescere non potest scheva in principio dictionis, quia nihil antecedit; ita nec legi potest in fine, quia nihil sequitur. Res est non conjectura.

CAPUT 26.

Puncta raptæ non rectæ vocales dici videri. Eorum nomina & effatus. Quomodo antiqui expresserunt. Vnde discerni possit camets raptum a brevissime correpto.

DEscheva hactenus. Sequuntur puncta, quæ ῥάπτην vocant, id est raptæ. Grammatici recentiores semivocales appellant: recte sane. Nam constant ex vocali & scheva. Quidam vocales brevissimas aut breviores brevi nominat: sed minus comode. Nam vocales non sunt omnino. Non enim certe syllabam faciunt. Sed nec accentum recipiunt. Ad hæc rapiuntur per scheva, hoc est celestine pronuntiantur, sic ut exuant naturam vocalium. Transiunt enim in naturam ipsius scheva, ex quo composita sunt. Vnde scheva compositum appellantur. Sunt autem tria.

Chateph

Chateph patach

Chateph segol

Chateph camets

Chateph patach compositum est ex *patach & vel scheva & pa-
scheva. Sonata raptum, hoc est brevissimum vel tach quo-
brevius brevi. Sicefferes חַמָּה Hachama, sapiens modo R.
mulier. Veteres expresserunt per a, אֶרֶם Aram, id hoc pun-
est Syria: עֲרָב Arab, id est Arabia; אַרְרָת Ararat, Ar-et in Grā.
menia. Et per e הנְּחִזְקָה Henoch, חַווִּילָה Hevila, nomen sua fol. 17.
loci; הַדְּסָה Hedessa, nomen sc̄eminæ: נָוָמָה Noema col. 2. ebr abibi.
Gen. 4.21. Et per o, גָּמָרָה Gomorra. Suspicor non
hoc punctum ita scriptum fuisse, sed priscos illos
yeteres, cum vocales abessent, legisse pro eo aut
chateph segol aut chateph camets. Si quis hodie ita
legeret peccaret graviter, meo iudicio. Nam quæ
sonum distinctum habent, non sunt confundenda.

Chateph segol compositū est ex segol & scheva.
Valet e raptum. Ita sonabis אַטְוֹר dic, & oīa nomina
quæ ab יְלִי incipiunt, ut Elimelech: quæ Hiero. vi-
detur olim legisse per e longum sive extensum. Ve-
teres extulerunt per e, עֵנוֹן Enos, id est homo vel
mortalis: אֱלֹהִים Elohim, Deus: אֲדֹם Edom, unde Idu-
mæa, e in i versa. Et per a, אַמְּרָה Amoræus, id est אַמְּרָה.

Chateph camets compositum est ex scheva &
camets brevi. Insonat o raptum. Ita efferes חַמְּרָה syllaba media, si modo syllaba dici potest: חַמְּרָה morbus,

ira, syllaba prima. Veteres expresserunt per o, נָוֹם, editione Cöplutensi, אַחֲלִבָּה Oholibama: & per e, נְאֵם Noemi, editione vulgata Latina. Sed hæc scriptura mihi suspecta. An est mendum pro Noemi? Aut forte legit ρυγ Somnium est quod quidam tradunt compendio scribi pro ... Nam genuina figura camets correpti est ... Quod autem additum sit quibusdam in libris scheva, in eo consultum fuit imperitoribus, qui aliqui correptum a lato non potuerint discernere. Tuto hanc ob causam chatuph sive chatephi appellatum esse. Nam scheva rapit illud in effatu, non tamen ita ut cum est raptum. Vide ne tunc unum cum altero confundas. Eo utiles erunt regulæ quas subiiciam.

1. Post chatephi camets nunquam legitur scheva. Igitur si scheva sequetur, non dubitabis esse camets chatuph וְרָא וְרָא sanctitas ejus.

2. Camets raptum nunquam post se dages habet, ac proinde in רְאֵמָה umbelius tunc Ezecl. 16, 4. & וְרָא rubefactus, Nah. 2, 4. & יְמָן Cant. 7, 2. in emendatis exemplaribus, breve est non raptum.

3. Raptum sere legitur sub gutturalibus & ante se habet breve, אַתָּה tabernaculum meum. Dico sere, quia etiam sub aliis litteris invenitur, וְרָא divina: nec semper ante se habet camets breve וְרָא, וְרָא morbus, וְרָא radices. Tunc autem raptum esse depre-

deprehendes ex absentia dages aut scheva. Igitur in יְמָן ex dages breve esse cognoscitur. Dages autem legitur in libro Camii ubi vocum lensa explicat. Quod si dages abfuerit, ut in libris vulgatis, raptum erit, pertinebitque ad formam וְרָא scriptura. Nam gloco scheva, quale in וְרָא appendam.

Sunt autem tria, chateph patach וְc.) Hæc puncta serviant potissimum gutturalibus loco scheva. Sed & sub aliis litteris inveniuntur, I sal. 12, 7. וְרָא sermones. I. Sam. 28, וְרָא. Ios. 3, 7. וְרָא. Ezec. 8, 25. וְרָא.

וְc.) In his vulgo credunt esse camets chatuph, sed falluntur, meo judicio. Primum enim inter formas nominum illius ordinis nulla est, que incipiat a syllaba brevi & desinat in longam, nisi dages aut scheva post se habeat. Nam וְr non est ipsa forma, sed ex וְr profecta: cuius mutationis causam præbuit accentus major distinguens. Pausam indigitant. Deinde ea est natura parvarū vocalium ut post se aut dages aut scheva habeant. Excipiuntur tantum penacula, ut בְּגָדָר vellis, שְׂעָר puer, עַזְמָה semen, וְרָא & extruxit.

C A P U T 27.

An scheva in raptis sequatur.

IN his punctis, que vidimus, scheva vocalem precepit. Quod mihi omnino necessarium videtur.

G

Nam non assentior iis qui putant raptum esse aut patach in אַבְרָהָם Abraham, גֶּבֶרְיָאֵל Gabriel: aut segol in קְרִישׁ uxor tua. Si fallor, etiam raptum erit chiric in רְתִيقְתּ rete tuum, & camets breve in קְרִישׁ fanditas tua, & Kibbutz in לְפָנֶיךָ projecta. Atque ita tot erunt puncta rapta quod vocales breves. Quod mihi ut novum & inauditum, ita plane absurdum videtur. Fateor tamen celerius (si hoc raptū dici potest) pronuntiari a in אַבְרָהָם & e in קְרִישׁ propter scheva, quam cum accentus sequitur, ut in עֲדָר novacula, בְּגָד vestis, &c.

CAPUT 28.

De patach suffurato. Vnde appellatum sit. Quis ei sonus, ibidemque per occasionem de Aleph furtivo. Sub quibus litteris inveniatur & quas vocales ante se habent: item quomodo veteres illud expresserint.

ATQUE HÆC DE PUNCTIS RAPTIS. Ad patach jam venio, quod suffuratum vocant, id est גְּנִיבָה. Melius forte furtivum appelles, sicut dicimus aquas furtivas, id est גְּנִיבִים. Dicitum, ut appareat, a sono, qui ei quasi furtivus, hoc est tam properus ac lenis, vix ut exaudiri possit. Vnde quiescere dicitur ea littera sub qua ponitur. Testis Abraham de Balmes, cuius hæc verba sunt, *per patach raptum littera movetur, per suffuratum autem quiescit: hoc est non legitur.*

Sed

Sed ea de re ambigi potest. Illud certum par ei officium esse cum scheva muto, quod quiescens dicitur, cuius etiam vicem subit ac trahit litteram sub qua ponitur ad vocalem præcedentem: sed paullo aliter. Nam scheva illud penitus mutescit. Patach sonum edit non sonum, qui propterea furtivus vocatur, ut diximus. Simili ratione quod in מְלֹאת secundum Ben Aser furtivum nuncupatur. Nam pronuntiatio ejus lenissima & quæ ad aures ^{Aures vix} fentium ^{fentium} perveniat. Quocirca in libris non adscribitur, & Ben Naphthali legit מְלֹאת per scheva quiescens, si credendum Balmesio. Sed ad rem. Patach furtivum aliud nihil est quam punctum figura (-) quod in ultima syllaba sub duabus litteris Heth & Ain. Quibus addes, me approbante, He mappicatum, hoc est gerens in ventre punctum, quod mappic vocant. Exempla mox producam. Hoc patach non invenitur nisi post quatuor ultimas vocales magnas, quæ sunt Tseri, Chirec majus, Holé & Schurec. Quibus adnumerabis Kibbutz, sed longum, hoc est quando pro Schurec ponitur. Semel invenitur post camets magnū sive latū תְּרֻחָה Exod. 20. 12. ac tum sonat ac si Aleph præcederet תְּרֻחָה occides. Lectores Tyberiadis eodem modo legendum præcipiant תְּרֻחָה altare & תְּרֻחָה spiritus, ac si esset תְּרֻחָה & תְּרֻחָה. Sic quando Hiric præcedit תְּרֻחָה &

post Holem וְלֹא as si esset וְלֹא & וְלֹא. Sed Mo-
ses Ebreus cognomento וְלֹא שׁ, id est princeps
pacis, in ultimis vocibus dissentit aliquantulum.
Nam arbitratur legendum esse וְלֹא altare, וְלֹא
spiritus, ventus. וְלֹא virgultum, וְלֹא Deus. Qui
sonus inclinat perspicue ad quietem vocalis antece-
dantis, hoc est ad Iod post Tseri & Hiric, & ad vau
post Holem & Schurec. Idem sentiendum de Kib-
buts. Ergo וְלֹא sonabimus ac si esset וְלֹא. Sed est cur
malum וְלֹא. Potior en. lectio prior in oculis meis.
Cui firmandæ scripture vetus וְלֹא Hosee, וְלֹא Gie,
וְלֹא Siloe, וְלֹא Melchisue. In his exemplis ob-
servo e pro a. Quod crebrum in antiquitate. Quod
non mirabitur qui scit alias a in e migrare de facilis.
Sed & a reperitur in hoc sono וְלֹא Eloa, quod le-
ctum scriptum וְלֹא nescio ubi: malum וְלֹא. Ex hoc
fonte est וְלֹא, mendum fere perpetuum in libris
pro Siloa, id est, וְלֹא. Amplius observo אַרְבָּע Arbee,
ac si esset אַרְבָּע, vel certe אַרְבָּע. Nam alterutrū antiqui
legerunt, ut apparet. Sic וְלֹא בְּנֵי יִשְׂרָאֵל, וְלֹא Tabee.
Aliquādo patach, de quo agimus, cum sua consonāte
abicitur, וְלֹא Hole, qui & Ause: q scribes, me auto-
re, Hause cū adspiratione Hinc וְלֹא, & Graeca forma
וְלֹא pro וְלֹא vel וְלֹא. Dixi patach furtivū esse q
in ultima syllaba Alius fortasse maluisset, quod sub
ultima littera. Ego syllabam prætuli, quia inclino
ut

ut credam patach furtivū esse in וְלֹא audivisti sc̄e,
וְלֹא misisti sc̄em. item in וְלֹא & unitus fuit. Argu-
menta huic rei habeo duo. Primum est quia pon-
tur sub gutturalibus loco scheva: alterum quia post
se habet dages lene & scheva quiescens. Quod si vo-
calis esset, deberet littera sequens geminari per dā-
ges. Quod fieri nullo modo potest cum dictionem
finiat. Nolo dissimilare quicquam. Repugnat
huic ultimo argumento pronomē sc̄enianum וְלֹא
tu: unde composita hæc vox. Suspendamus ergo ju-
dicium nostrum. Clausula erit ut memineris pa-
tach istud semper pronuntiandum esse ante suam
consonam. Itaq; dices וְלֹא ruach & non rucha, miz-
beach & non mizbecha. Sed hec notata aliis & tri-
ta jam vulgo. Quare iis non est insistendum.

CAPUT 29.

*Non esse diphthongum proprie in iis qua 7od aut Vau
terminantur.*

POtuissemus finem imponere huic libello nisi
nos morarentur diphthongi: quas alii quatuor,
alii octo, alii etiam plures enumerant. Videamus an
reste. Clenardus olim scripserat, *Iod in fine post ca-*
mets, patach, holem & schurec, cum sit consonans,
tamen in precedentē syllabam coalescere videtur tan-
quam vocalis in diphthongo: וְלֹא panai, facies meae, dis-
syllabum: וְלֹא ad me, dissyllabum: וְלֹא goi gens, monosyl-

labum: יְלָבּוּ galui, patefactus, dissyllabum. Verba sana & ad meum gustum. Itaq; adjecimus, Vau similiter post camets, tseri & chiric magnum: יְנָבּוּ panau, facies ejus, dissyllabum: וְ, tergum, monosyllabum: וְ zin, nomen mensis, monosyllabum. Quibus addi velim & patach, ut וְ Kau, linea, monosyllabum. Adverte animum. Non dicimus diphthongos hic esse, sed Iod & Vau coalescere videri in precedētem syllabā tanquā vocalis in diphthongo. Nihil verius. Aliud est, videtur coalescere tanquā vocalis in diphthongo, & aliud, diphthōgi sunt. Hoc grāmatici dicunt, illud nos. Grammatici dicūt & errant. Nam in diphthongo sonus est duarū vocalium. Vnde bivocalis ab amico quondam nostro vocatur. At hic nihil tale. Iod enim & vau vocales non sunt, sed consonae. Id probo tribus argumentis. Primum est quia in medio dictionis moventur per propriam vocalē וְ gentes, וְ tergū meū, וְ regula eorū. Secundū quia Ebrei iod & vau, quæ alias sæpenumero quietūt, in talib. legi attestantur. Sane in וְ dicunt esse mappic Iod, & in וְ mappic vau. Cur mappic? vox Ebreæ eductorem significat. Innuunt ergo haec appellatione litteras illas educi, hoc est legi ac proferri. Sic mappic he dicitur, quando he legitur more aliarum consonantium, cuius indicium est punctū quod in ejus medio sive ventre. Tertium argumen-

tum

tum est a simili petitum ex lingua Latina. Quæritur utrum in cui diphthongus sit. Negat vir doctissimus Iulius Scaliger. Ratio quia i ibi consonās est. Id probat ex genitivo cuius: item ex sc̄m. cuja. Nam tres vocales simul legi non possunt. Similiter non esse diphthongum in huic, quod i consonans ibi sit, idem asserit de causis lingue Latinæ pag. 32. Vide, si vacas.

CAPUT 30.

Necessè videri diphthongum in his vocibus, quæ patach furtivo terminantur.

Quoniam plures diphthongos enumerant, adjiciunt superioribus quinque alias, videlicet ex vocali longa & patach furtivo constantes, וְ odor: וְ messias: וְ robur: וְ medulla: וְ fretus. Ante omnia sciendum patach illud nec vocalem esse nec elementum. Dubito etiam an cum vocali, quæ præcedit, in unum sonum coalescat, aut potius nō dubito quin aliquo modo soni duo diversi sint. Quid quod posterior sonus exilior sit quam ut soni nomen mereatur propriæ? Sed in unam syllabam coeunt. Quid tum postea? An nescis etiam schewahoc modo coire in Cherub & similibus? Adhæc quoties aliquid additur, patach illud evanescit וְ vires, וְ yodim audientes. Iam vero notum est ponis sub

guttura-

gutturalibus loco scheva: imo nihil aliud est scheva dilatatum tono brevissimo vocalis a vele. His adde, si placet, quæ diximus de pronuntiatione ejus, cap. 28. Nam sive per legatur sive alio modo, non potest esse diphthongus, cum duos soni distincti sint, quorum posterior proprius sonus non est, ut diximus.

CAPUT 31.

Nullam etiam esse diphthongum in nomine Ierusalaim.

AGe vero jam videamus an diphthongus sit in nomine יְרוּשָׁלָם. Nam quin ibi duas vocales concurrant, non est ullo modo dubitandum. Nego audacter diphthongum esse. Primum quia vocales non coalescunt, nec simul tonant. Deinde quia plene scribitur Esth. 2.6. יְרוּשָׁלָם. Vnde colligimus loth in aliis locis abesse. Licit absit, tamen subintelligitur, nec potest legi chiric sine eo. Sic ergo semper pronuntiabis יְרוּשָׁלָם cum loth consonante, ac si esset יְרוּשָׁלָם quemadmodum sonamus רַגְלִים pedes, מַגְשֵׁם manus. Sun iliter pronuntiabis יְרוּשָׁלָם Ezecl. 8.3. ac si scriptū esset יְרוּשָׁלָם Ierusalem. Massoritæ nos admonent de quinque locis, in quibus cum loth plene scriptum invenitur. An plura sint, nescio. Hoc scio, cum alibi plene scribatur, in ceteris locis loth desicere. Quod etiam fit

m

in illis, ut supra notatum est. Quod autem in antiquis editionibus Chaldaicis, Græcis & Latinis legitur יְרוּשָׁלָם, Ierusalem, in eo archaismus est pro αι, ut in Ιερουσαλημ, εφραιμ Ephrem, quod scribunt φρημ, & aliis nonnullis. Hæc permutatio frequens est, & alioqui hæc vocales sibi invicem cedunt & alternant, קִנָּן Cainan Genes. 5.9. צָרָלָן צָרָלָן. Sic γε & ιαν non, ιαλ & λιλ exercitus.

CAPUT 32.

Non esse quoque diphthongum in יְהוָה & talibus.

Alunt quoque diphthongum esse in יְהוָה, quod legunt laihova. Sic יְהוָה baihova, יְהוָה vaihova. Valde improbo, Quin dicolegendum esse Iadonai, badonai, vadonai, nomen enim יְהוָה Iudei legut Adonai, id est D O M I N U S, cui præfixe litteræ serviles patach notantur. Alioqui scribendum esset יְהוָה, sicut dicimus יְהוָה. Excipio γενος quod habet tferi sub Mem loco chiric & dages, quia prima nominis Adonai est ». Siquidem haec littera non recipit dages: ideo scribimus יְהוָה. Hæc trita sunt. Aliud est quo juvamur, videlicet litteræ בְּנֵי כֶּת, quæ post hoc nomen habent dages lene. Quod non fieret, si legeretur lehova, & non Adonai. Siquidem litteræ illæ semper habent dages initio distinctionis, nisi post litteras quiescentes. Porro nqui-

H

escit in fine nominis יְהוָה. Ioth autem in Adonai mobile est. Pronuntiatur enim per mappic, quod vocant mappic Iod. Nostrates diphthongum appellant, sed admodum improprie. Has ratiunculas febriculosi theologasti nunquam convellent. Apagè, inquiunt, cum ista superstitione Iudaica. Quid audio? vosne superstitionem appellatis lectionem antiquam, quam L x x. Senes, quam Hieronymus, quam ipse denique Christus & Apostoli expresserunt? Omitto hexapla & tetrapla Origenis. An putatis aliquid superstitionis here-re in libris sacris canonicis? Si putatis, cur non mutatis? Publice monendi essent hac de re Christiani. Nam interest Ecclesiæ. Plura vellem, sed proprio ad finem. Qui plura desideras, vide libellum nostrū de nomine tetragramato. Hoc tantū addo nomen Adonai legi apud vulgatū interpretem Exod. 6.3. pro eo quod in Ebreo יְהוָה nōmē Iod, he, vau, he.

CAPUT 33.

Disputatum contra eos qui legunt Iehovi.

SPeccatum admissi risum teneatis amici. Ego sane risum continere vix potui quoties audivi legētes נִמְלָא Iehovi. Magis enim ridiculi sunt, quā qui Iehova legunt, non sine contumelia nominis divini. Dicunt autem in lectione illa esse μύθος singultientes. Nugas sunt meras, quanquam non mortalia

Legi

Iegi debet absque ullo dubio Elohim. Nam puncta sunt illius nominis. Lolio vicītāt qui hoc nō videt. Antea dixi יְהוָה habere puncta nominis Adonai. Hoc verum est, quando non antecedit aut sequitur וְיַהֲיֵה. Nā tūc habet pūcta nominis Elohim. Sic dico, ne bis repeteretur nōmē Adonai, scripserūt sub nomine יְהוָה puncta nominis יְהוָה קָדְשָׁה quæ sunt chateph segol, holē & hiric. Ut scribitur, ita legi debet. Nam in legendo habetur semper ratio punctorū. Itaque Zach. 4.2. licet in scriptura sit רְמָנָה et dixit, tamē legi debet יְהוָה et dixi. Sic poscit sentētia. Sed & pūcta idē clamant. Admonent quoque de eo nos Massoritæ. Quum ergo sub his litteris נִמְלָא vocales sint nominis Elohim, quis dubitet eo modo legere? Quin ratio mihi huic rei probandæ. Nam litteræ נִמְלָא quæ alioqui leniter scribuntur, post quiescentes, si præcedat נִמְלָא, dages recipiunt. Quod non fieret, si Iehovi legeretur. Exemplum invenies Zach 9.14. רְמָנָה בְּפֶתַח אֹזֶן וְדָמָר & Dominus Deus in buccina. Sed & autores habeo qui sic legerunt. Primum Ebræi aliter non legunt nomen illud, cum juxta se habet nomen Adonai. Nam Iehova inauditum illis, ut & Christianis veteribus. Deinde interpres antiqui raro aliter legerunt. Paret ex editionibus eorum. Omitto alios, hoc est Aquilam, Symmachum, Theodotionem. Abd. i. legimus יְהוָה

H 2

nim. Hic Lxx. referunt χριστός Hiero. Dominus Deus. Similiter Habac. 3. 19. ubi codex Ebraeus habet υἱὸς τοῦ, in Hieron. legitur Deus Dominus. Quo sit in suspicerita quoque legendum in Græcis οὐδεὶς κύριος, vel certe θεὸς οὐκέπος. Sed nihil immuto. Nam libri oēs κύριος οὐδεῖς. Dixi raro aliter legisse interpres illos: locus non occurrit; sed tamē scio alibi a me notatum e Græca editione υἱὸς τοῦ θεοῦ κύριος, i. Adonai, Adonai. Fallor, & fallo. In prophetis majoribus hoc non raro, hoc est, semel aut bis; sed sepius obvium.

C A P U T . 34.

De iis quæ scribuntur nec leguntur & contra.

AD confirmationem eorum quæ diximus, sciendum est quædam esse in codicibus scripta nō lecta, hoc est quæ non habent ulla puncta, ac proinde non leguntur, ut 2. Sam. 15. 21. מִקְרָב יְהוָה וְאֶל־יְהוָה. Sic 16. 2. וְלֹהֲלֵם lamed; redundant in lectione. Quædam aliter scribuntur & leguntur. Ios. 22. 6. scribitur בַּעֲרֵב & legitur בַּעֲרֵב contra Ios. 24. scriptum בַּעֲרֵב & lectionem בַּעֲרֵב. Hoc ipsa puncta testantur. Sic Iud. 4. 11. מִצְבָּה legi debet בְּצֻבָּה: & 2. Reg. 12. 11. ג apices indicant legendum esse ג manus: & paulo ante vers. 9. in scriptura est ג ג & in lectione ג ג a dextera: & rursum vers. 11.

שׁוֹרְקָה quod leges מִקְרָבָה. Quædam etiam leguntur & non scribuntur, quæ lecta non scripta posses dicere. 2. Sam. 16. 23. בְּנֵי interrogavit vir. Ruth. 3. 16. — בְּנֵי dixit ad me. Hic desideratur בְּנֵי: ibi abest nomen בְּנֵי vir: utrumque legi debet, tametsi neutrum sit in scriptura. Atque hinc perspicuum & scripturam consonantium & lectionem esse punctorum. Vnde & illud consequitur, quæ aliena puncta habent, legenda esse per eas consonantes, quantum illa puncta sunt, quæ alienis litteris subjiciuntur. Aut si velis legere secundum scripturam, debes alias apices adhibere, nempe proprios illarum consonantium, quæ scriptæ sunt in codice sacro. Ita opto mihi Deum propitium ut verum est quod nunc dico.

C A P U T . 35.

Regula aliquot Grammaticorum adducta & examinata.

Regula prima.

Differat camets chatuph a chateph camets, quia camets chatuph sub omnibus litteris ponitur, exceptis gutturalibus: chateph camets vero tantum sub litteris gutturalibus.

HAEC regula duas partes habet. Prima est camets chatuph sub omnib. litteris poni exceptis gutturalibus. Vnde sequitur non poni sub illis litteris.

Hoc aperte falsum est. Nam sub Aleph ponitur Abd. 12. אַלְפָה, & sub Heth Eze. 38. 12. חֵת siccitas, & sub Ain Gen. 30. 9. עַיִן. Rursum sub & ponitur in הַתָּאָרֶץ & similibus. Altera pars habet chateph camets tantum ponit sub litteris gutturalibus. Et hoc quoque falso est. Nam & טַבְדֵּל invenitur & תְּקֵנָה & אֲשָׁרָם, Hos. 10. & מְלֹאָה Ios. 22. & שְׁעָרָה Psal. 119. & קְבָבָן Ies. 62. & הַמְּקֻשָּׁה Ies. 18. & alia nonnulla, quae recensere possem, si vellem. Sed abstineo. Satis est probatum, ut opinor, quod volo.

Regula secunda.

Puncta raptam non ponuntur ante gutturalem.

HAEC regula fallit in chateph patach וְהַ aha, וְהַלִּים genus aromatis, וְהַרְבָּא fratres pauperis, וְהַרְבָּא pauci, וְהַרְבָּא alii, שְׁמַרְתָּם pscrutabor. Et in chateph segol וְהַרְבָּא ero vel ubi; & in chateph camets וְהַכְּבִים amo- res, וְהַשְׁמַרְתָּם progrediar. Scio aliter esse in prælo cufis. Sed certe chateph camets legitur in libro radicum. Admonent quoque nos de eo Massorite. Fallit etiam in וְהַרְבָּא Dan. 8. 13. prout citatur in Radicibus Davidis Camii. Sunt alia exempla quae ostendunt hanc regulam nihili esse, quae facile cuivis observare inter legendum.

Reduces autem in viam si addideris, *sub litteris servilib.* Nam tum amittunt scheva, ut וְהַרְבָּא an fru-

LECTIONE LING. SANCTAE. 63
stra? וְהַרְבָּא an fuit? וְהַרְבָּא num vir? וְהַרְבָּא an seculum?

Regula tertia.

Scheva vocalem antecedentem corripit.

Proprie loquendo scheva non corripit vocalem, sed tantum indicat correptam esse quæ precedit. Nam vocales breves, quæ accentu non sustentantur, post se habent aut dages aut scheva. Ut ergo dages non corripiunt vocalem antecedentem, sic nec scheva. Intelligens me intelligit, ut opinor.

Regula quarta.

Accentus meteg vocalem antecedentem producit.

VT scheva non habet vim corripiendi, ita nec accentus producendi. Quid igitur? Certum est camets correptum esse quando post scheva ponitur, & productum quando meteg interponitur. Dico scheva simplex. Nam si fuerit scheva compositum, vocalis quæ precedit non producitur. An eadem ratio in aliis vocalibus? dubito. Nam accentus inventur post chiric parvum, ut in וְהַרְבָּא. Dubitandi causa quoniam indicat chiric productum esse in וְהַרְבָּא timebunt, & Kibbutz in גְּבַעַת terminus tuus.

Regula

Regula quinta.

De Scheva.

Ebraei magistri sonum ei peculiarem nullum attribuunt, sed eundem cum sonu vocalis subsequentis. Hinc Graeci legunt בְּאַרְצֵב עֲבָדָה, Βηρεσεν, פְּלִתְחָה φιλαπέμ, סְלִמְלָה Σολομόν, Ρַאֲבָבָה. Ante omnia sciendum in Berseba & Ruben scheva penitus absorberi, hoc est non legi aut exprimi. Hoc primum: deinde inter Ebreos aliqua hic varietas. Quidam ei sonum attribuunt e brevissimi, ut hodie fit a nostris. Alii tribuunt ei sonum varium. Modo ut hiric pronuntiant, ut cum Iod sequitur: modo pronunciant ad sonum vocalis subsequentis, ut cum gutturalis sequitur: modo per a raptum efficiunt, ut cum alia littera sequitur quam gutturalis, &c. Sed & Graeci veteres per a expresserunt רֹאשׁ Sarug לְוִילָם Samuel, פָּנָע Chanaan, רַפְּאִים Raphaim &c.

Regula sexta.

Scheva simplex non subjicitur gutturalibus nisi post accentum, וְיַעֲמֵד וְpost hiric sub littera servili, כְּהֵב ו ante unam ex litteris כְּבָר, ut בְּאַרְצֵב.

Quem multa hic male sana. Nam & post accentum est chateph patach יְמִין Ies. 20. 2. & scheva illud est ante gutturatam nullo accentu negotiam, Job. 12. 18. יְסִיר & ligavit, Psalm. 74.

רְבָב prohibebit: alibi רְבָב sumabit.

Regula septima.

Gutturalis notat se & præcedentem.

Hoc præceptum falsum erit, inquit Martinus, si præcedens sit littera thematis, ut רְבָב donarunt: נְבָב sacerdotio functi sunt. Quare intelligendum est de solis litteris adventitiis, quales sunt heemanticae & quas appellant serviles. Hactenus ille. Videlur hoc velle, Litteræ gutturales afficiunt litteram præcedentem affini puncto. Hec regula fallit primum in littera servili ו, quando præpositio est, ut in פְּאַכְל a comedendo: deinde vera est aliquando, imo saepius, licet præcedat littera thematis, ut יְמִין, spernere meum. Sic רְבָב ungere tuum: כְּבָר aperire vestrum, & alia ejus generis.

Regula octava.

Litteræ בְּאַרְצֵב possident semper dignes initio distinctionis, nisi post literas וְיַעֲמֵד, tum enim adest raphe, hoc est lenitas imminutis a dages, præterquam certis in locis.

Hic observo primum omnes reges accentus derogare huic regule. Exemplum habes, ut unum e multis producam, Mich. 1. 5. תְּמִימָן. Nam est Pashha super ו unus ex accentibus regiis. Deinde

certa illa loca designantur quatuor nominibus Mappic, Maphsic, Dahic, Athemerahic. Mappic appellant, cum literæ אַהֲרֹן leguntur, ut, אַהֲרֹן, אֶל הָאָהָרָן Hoi, אַהֲרֹן pariter, אַדְנִי Dominus. Maphsic quum litteræ אַתְּ quiescunt in pausa, hoc est in accentu majore distinguente. Dahic quum duas dictiones, quarum prior est monosyllaba n terminata, præcedente patach aut segol, continentur uno accentu qui dicitur maccaph, ut עַבְדֵּךְ. Athemerahic e contrario, cum præcessit polysyllaba penacula : tum enim accentus procul abest & de longe venit, quod sonat in lingua Syrorum Athemerahic, ut בְּשַׁׁבְּתָךְ.

Regula nona.

Litteræ בְּגַדְכָּפָת post scheva quiescens habent dages.

HAEC regula habet aliquas exceptiones. לְכָדְךָ rex meus Mich. 1.1. לְכָדְךָ ad gloriam meam Ies. 43. 7. בְּרַכְתָּךְ benedictio tua Psal. 39. יְבָקַעַר servi, &c.

Regula decima.

Post mobile autem raphe.

HAEC regula fallit in בְּגַדְכָּפָת duo, si modo scheva ibi est mobile : de quo ambigi video. Nam quidam quiescere putant. Sed quid Raphe? ejus figura olim appingebatur. Erat autem linea jacens litteræ

litteræ imposita hoc modo ק, que nūc penitus exolevit. Nam intelligitur esse raphe ex absentia dages. Cur dissi mulem? Habetur Zach. 5.11. in ק ei, & Gen. 2.15. in קְרַבְתָּךְ ad colendum eum, & קְרַבְתָּךְ ad custodiendum eum: ubi tamen, quod mirum, punctum in he,

CAPUT 36.

De dages.

DAgæ dupliciter afficit litteram: unde duo nomina sortitur. Vnum est quod Dages forte dicitur, nempe quia litteram duplicat & geminam facit. Nam symbolum est geminationis, ut olim sicilicus apud Latinos; de quo in hunc modum scribit Isidorus, *Veteres non duplicabant litteras, sed supra siclicos apponebant: qua nota admonebatur lector geminandam esse litteram.* Alterum est dages lene, quod tantum ponitur in litteris בְּגַדְכָּפָת, earum mollem alioqui sonum paullo asperiorem duriorumque faciens: lene autem dicitur comparatione ejus, quod forte appellavimus. Nam lenius illo est, cum alioqui lene proprie non sit. Sic mare Ponticum, nisi fallor, dulce dicitur comparatum ad alia maria, quæ falsiora. Alioqui dulce non est ullum mare. Porro lene est dages initio dictionis & post scheva quiescens, & in fine quandoque, ut in קְרַבְתָּךְ

bibet. Alias est dages forte, quod peculiariter res spuunt hæ quinque litteræ γνῶνται, paucis exceptis.
ride infra cap. 45. Nam notatu novies legi in Resch & quater in Aleph. Siquidem quod in littera פ, ut in נָנָה Deus, id pūctum non dages, sed Majus pic nominari diximus.

Initio dictionis) excipiuntur voces in quibus Da-hic aut Athe merahic. Nam in talibus putarim esse dages forte. Id locum habet non modo in litteris נְנָה, sed etiam in alijs. וְנָה quid mihi? נְנָה, נְנָה faciet farinam.

CAPUT 37.

De accentibus.

Accentus triplex est, Rhetoricus, Grammaticus, Musicus. Rhetorici numerantur tres. Primus Meteg dicitur a retinendo. Nam syllabam, in qua ponitur, retinet. Dicitur etiam Relen, id est, frenum ex eadem causa. Secundus vocatur Gaaja, id est mugitus. Hic semper est in principio dictionis ante scheva, scribiturque linea perpendiculari recta, ut Meteg: a quo tantum situ differt. Nam meteg fere ponitur post primam syllabam. Tertius dicitur Maccaph, que est linea transversa inter duas dictiones. Hujus officium est colligare & conjungere unam dictionem cum alia. Grammatici accentus, qui & nativi, numerantur triginta, videlicet nonen-

decima

decim reges & ministri undecim. His syllabā accidunt partim, partim distinguunt. Inter eos qui distinguunt, quos paulus vocat, pricipū locū obtinet quatuor. Primus est Siluc, qui & Soph paulc nonnullis, cuius eadem figura cum Meteg quam facile dignoscet, sicas & daobus accentib. in eadem voce positis, priorem esse rhetoricum, alterum grammaticum: vel, si unus tantum sit, cum necessario esse grammaticum, nisi ea dictio, in qua ponitur, cum sequenti unita fuerit per maccaph: tum enim est rhetoricus accentus. Secundus est Athnach. Tertius Rebia, quasi equitatem dicas. Nam insidet media litteræ. Quartus Zaceph caton, id est minor. Duplex enim est. Hic notabis reges omnes derogare regulæ litteratum נָה, de qua in Grammatica, pag. 7. Deinde per accentus distinguentes majores puncta brevia produci, videlicet (-) & (.) in () נָה visitavit, נָה puer, נָה vinea. Scheva vero producitur in eam vocalē unde venit, nisi ex(-) veniat. tum enim in (-) producitur, ut נָה visitate, נָה voluerunt, נָה visitaverunt, נָה audiō fōem. Quod locum eorum attinet, eum in singulis dictionibus habere comperiuntur, quem habent in Grammatica verborum modis ac temporibus nominumq; formis. Interduin tamen grammaticus loco pellitur & sede sua movetur. Quod fit, vel propter con-

I 3

currentem accentum, ut cum vox sequens est monosyllaba: vel propter vau quod vocat convertens. Maccaph quoque privat dictionem, quam cum sequenti conjungit, accentu nativo. Musicus accentus est notula harmoniae cuiusdam index. A grammatico differt non figura, quae utrisque eadem; sed usu & officio. Nam Grammaticus attollit syllabam, ut diximus. Musicus designat tonum, quo syllaba cani debeat. Qui plura desiderat, adeat Hic. ron. Vallensem, & alios qui ex professo scripserunt de accentibus: inter quos reverendus in Christo pater ac dominus D. Isahacus Gronbeccius episcopus Nidrosianus, quem amoris & honoris causa nomino.

Tabula accentuum.

Reges xix

1. סילוק Siluc, qui & Soph pasuc, eo quod ver. sum finiat. ב
 2. אַתְנָח Athnach sive אַתְנָחָת Athnachtha poni- tur sub littera hoc modo. ב
 3. זָכֵפָה Zaceph caton, i. parvus aut minor. ב
 4. רְבִיעָה Rebia punctum est quod mediæ litteræ insidet superne. ב
 5. זָכֵפָה Zaccph major. ב
 6. זָרָכה Zarca. ב

7. שָׁרֵך Gares.
 8. גְּרַשִּׁים
 9. תְּלִישָׁה נְדוֹלה
 10. תְּבִיר Thebir
 11. טְרַחָא &qui; Tarcha.
 12. מְשֻׁלָּחָא & Sopher mucdam & מְשֻׁלָּחָא Masphele
 13. פְּשַׁטָּא Pafta,
 14. לְגַרְמִיה Legarme,
 15. פֶּזֶר נְזִיל Pazer magnus,
 16. צְלַתְּלָה catena
 17. פְּסִיק' Pesic.
 18. קְרַנִּים פְּרַנִּה cornua vaccæ.
 19. סְנוּלָה vel קְרַנִּה סְנוּלָה

Ministri xli

- | | |
|---|--|
| ב | 1. קְרָמָא Cadma |
| ב | 2. דַּרְגָּה Darga, qui & Sophar galgal. |
| ב | 3. מֻנָּח Munach, qui & שׁוֹפֵר יִשְׂרָאֵל buccina recta |
| ב | 4. יְרָחֶךָ בֶּן לָמוֹ Jerach ben Iomo, Qui & גָּלָגָל Gal gal. Nam constat semicirculo. |
| ב | 5. שׁוֹפֵר הַפְּרוֹקָךְ & פְּרַחְדָּר Shophar ha-perrokh & perchadar |
| ב | 6. תְּלִיעָה קָטָנָה תְּרָסָא Tel'ah kattana & Teresa ad differentiationem magni. |
| ב | 7. מִירְכָּא פְּשָׁוְתָה Mirkaa p'shatotah |
| ב | 8. מִירְכָּא כְּפֹולָה Mirkaa kefola qui & duæ virgæ, |
| ב | 9. מִכְרָבָן Micraban |

IO. אַלְפָי
II. אַלְפָא

Rhetorici accentus

1. אַלְפָי five יְהָוָה.
2. אַלְפָא Gaaja.
3. אַלְפָא, אַלְפָא, subunio.

בּ בּ בּ

C A P U T . 3 8 .

Continet addenda & mutanda.

Alunt quoque diphthongum esse in אַלְפָי nox,
& אַלְפָא educ. Somnia haec lunt neotericorum
existimantium Iod & Vau ibi vocales esse. Non sunt
vocales, sed consonantes. Id evincit clare subje-
ctum eis scheva, quod punctum non solet poni nisi
sub consonantibus. Quæritur an, cum patach in ca-
mets producitur, ut sit in accentu magno distin-
guente, sit scheva mobile. Et respondeo non mobi-
le esse, sed quiescens. Nam camets illud sustentatur
accentu grāmatico. Exēplum esto אַלְפָי nox, in Ath-
nach: quam vocē sic divides, ut אַלְפָי sit una syllaba, & אַלְפָי
altera. Cap. 20. habetur, quando meteg supplet vicē da-
ges. Hoc dubitanstum scripsi. Dubitationem au-
gent quę nunc producam. Primum enim si meteg
suppleret dages, nunquam legeretur cum dages. At

contra

contra fit Gen. 4. 29. אַלְפָי ab opere nostro, &
Gen. 7. 2. אַלְפָי accipies. Deinde dages suppletur in-
terdum per vocalem longam, juxta quam sit me-
teg. Gen. 5. 29. אַלְפָי a labore 6. 4. אַלְפָי a seculo, &
7. אַלְפָי ab homine. Accedat his, si videtur, אַלְפָי
ne sit. Nam si meteg ibi poneatur pro dages de-
beret scheva legi. At hoc fieri nullo modo potest.
Scheva enim nudum sive simplex nunquam legitur
sub gutturalibus. Nam אַלְפָי quod in libris, ex iis
est quę aliter scribuntur & aliter leguntur. Sane au-
toribus Massoritis legi debet אַלְפָי aliis cōsonanti-
bus. Ideo scheva sub אַלְפָי in præter morem. Qui hoc
nescit, parum scit in hac lingua.

Eos qui ad pauca respicerent facile falli dixit Ari-
stoteles. Ego dico in his facile labi etiam eos qui
ad multa respiciunt. Nec enim quia s̄p̄ius oc-
currit אַלְפָי absque Iod, ideo chiric parvum est in ulti-
ma, aut media in Davidis corripitur. Idē judicium
de Benjamin. Cæterum ut chiric absque Iod ali-
quando magnum est, ita chiric cum Iod aliquan-
do parvū esse videtur, quale in אַלְפָי Phinees; quod
idem vocatur a Davide Camio Iod quiescens, & a
Manahemo Ricinensi Iod redundans, id est אַלְפָי.
Nam redundant in lectione. Locus Camii ha-
betur in libro Radicum fol. 65. col. 2. editione
quę in folio complicat: Manahemi autem est fol.

K

188. col. 4. in ejus commentario super Pentateuchum. Vide quæ notavimus ad cap. xvi 11. hujus libri.

Quoniam vero in antiqua lectione est Ierusalem non erit in loco cunctum, puto, hac in parte aliquid adferre quod nos eruditat simul & oblectet. Nam quod Iod adscripta non esset, id priscis illis causa praecipua sic legendi. Sed tria ad hoc animadvertisenda. Primum quod in ipso textu Ebreo quandoque obviume longum, hoc est pro αι. Sane legimus Λη & Λη προ Λη π exercitus Λη π λη π nox. Alterum quod ea nomina, que medium habent Iod, in regimine & affixis mutant αι in η, ut η η π domus, η η π do-
mus D O M I N I , η η π domus mea. Tertium quod veteres se per numero π pro αι scripserint. Hinc Mesrem in Iosepho pro Mesraim sive Misraim; Ephrem in Euangelio pro Ephraim; μωζευμ apud Epiphani-
um pro μωζεαιμ, quod Ebrei scribunt מֹשֶׁא ; bi-
lances.

Cap. 33. ad verba, Primum Ebræi aliter nōn
legunt nomen illud, adde Manahem de Racanati fol.
191. col. 2. R. Iuda dicit, Quæ ratio, scriptum est Ado-
nai in principio, & post est nomen Iod he, quod nos le-
gimus Elohim? Et mox, sæpenumero invenitur e con-
trario יהוה אונן, quod leges Elohim Adonai, id est
Deus Dominus.

Cap. 26. ad illud, unde scheva compositum appellantur, adde, & scheva simpliciter. Sic lane vocat chateph patach R. David Psal. 48.5. Vbi ait A in habere scheva in Athnachta. Quod notat ad ~~vix~~ conuenienterunt.

~~For spes et fides~~
Cap. 14. ad illud, quod leges et tabernacula Germani

cum, adde, nam est camets latum, quod in his duos bus locis tantum occurrit. Peccant ergo qui in aliis quoque legunt chal. Dilerte R. David ad *בְּנֵי יִשְׂרָאֵל*, *Istud camets non est correptum sicut socii ejus, sed legi ut cum camets late: & sic בְּנֵי יִשְׂרָאֵל omnes fratres.* Reliqua que notantur camets sunt correpta omnia prater hæc duo. Idem in grammatica sua scribit duo esse cum camets absque Maccaph. Hoc noto quia in quibusdam editionibus additum Maccaph. Male, meo iudicio. Firmabo nunc quæ dixi autoritate Massoritarum: quorum hæc verba sunt ad locum, *Omnia offa mea: duo sunt in accentu, hoc ו illud, Omnes fratres pauperis.* Et rursum ad locum, *Omnes fratres: Duo sunt cum accentu, id est quæ accentum habent post camets.*

Cap. 36. *Puncta brevia produci.* Hæc regula habet multas exceptiones præsertim in penacutis, que gemino segol, aut duplice patach noratur. Scheva quin etiam producitur in segola ut segol & patach ut *פָּרֶךְ rex tuus, וְרַבְּךְ verbū tuum.* Excipiuntur aliqua *בְּנֵי* servus tuus Psal. 119. 65. *וְעַמְּךָ convenerunt* Psal. 48. 5. ubi a Davide Camio chateph patach simpliciter scheva vocatur. Nam est scheva compositum.

C A P U T 39.

Consinet ea qua inter corrigendum animadversa.

Pag.

Pag. 13. Nam de Σεμων dubito) se tueri potest hæc scriptura ex γένεσις quod apud Magistros usitatum. סִמְוָן Symon, ut שִׁיחֹר Syhor. Nihil definio. Nam forte Græcum est σιμών, Σεμων, quod Latine non male scribes Simo. Sic Plato dicimus ex Græco πλατῶν, Apollo ex Απόλλων.

Pag. 25. Vbi littera Ioth in pronunciatione prorsus negligitur) idem sit in יְהֹוָה Ierem. 25. & in נְקֻדָּה Proverb. 30. In quibus exemplis Iod recipit punctum suum ad litteram præcedentem. Videndum R. David in Michlol. fol. 13. col. 4. ejus editionis quæ in folio complicat. קְרוּב autem sunt ancillæ honoratores, quas Galli vocant filles d'honneur, Belgæ Gaet. Ouchterl. Græci, nisi fallor, ἀλέγοντες appellant.

Pag. 31. *accentus non producit vocalem*) capiendum de Meteg accentu rhetorico. Nam Grammatici accentus producunt vocales, ut sciunt ipsi pueri & qui hanc lingua n vel primis labris degustarunt.

Pag. 37. *Vocem appello vocalem*) Sic vox parva, id est vocalis parva vel brevis. Aliud ditio parva, quam עֲדָמָה Ebrei vocant. Nam cum ita loquuntur, significant dictiōē monosyllabam, ut etiam noster Clenardus in Grammatica sua, pag. 32.

Pag. 38. *Post hujusmodi vocem*) videtur esse vox magna propter addicū Iod, sed non est revera.

K 3

Nam Iod in lectione negligitur, ut diximus. Itaque chirec parvum est etiam in נִירְבַּי quod esset נִירְבָּן, & in נִירְבַּי quod esset נִירְבָּן. Nam si sub Iod est parva vocalis, erit etiam sub וְנִ. Iodenim non aliam, sed eandem vocalem rejicit ad litteram quæ præcedit. Concludo ex his, quod etiam supra notavi, chirec cum Iod aliquando parvum esse.

Pag. 39. Ambigens hæc (scribo) non ambigerem, si post hujusmodi scheva legeretur uspiam dages le-ne, quod solet ponи post scheva quietens in litteris בְּנֵי כֶתֶת; non semper fateor, sed tamē וְשִׁבְעָתָה πλάγιον.

Pag. 44. (aurum) cum accentu Maarich sive Gaaja, ut Ezech. 26. 21. וְתִבְקַשׁ & requireris. Sensus est, si requisita fueris. Iud. 5. 12. וְשִׁבְעָתָה & abduc in captivitatem. Num. 23. 18. עֲמֹתָה & audi. R. David opinatur scribi scheva & patach ad ornatum dictio-nis. Vide illum, si placet, fol. 17. col. 2.

Pag. 46. Sed nec accentum recipiunt) adde, nisi admodum raro. Nam præter morem accentus est post chateph patach in נִירְבַּי convenerunt, Psal. 48. 5. & post scheva nudum in נִירְבַּי servus tuus, Psal. 119. 65.

Ibid. Linea est ad latus sinistrum) imo etiam ad dexterum: nec tantum ante scheva ponitur, sed etiam ante patach, לְפָנֶיהָ, ad viam elevatā. Iob. 33. 22. לְאַתָּרֵיהָ Pro. 23. בְּפָנָרֶה per turbinem 2. Reg. 2. 1. Videndum R. David fol. 14. col. 2. editionis Mi-chol

chlolejus, quæ in folio complicat.

Pag. 45. David quoque &c.) Idem opinati sunt ^{Id est pri-}
R. Iuda Chijug princeps Grammaticorum, & ^{num alibi}
R. Iona nobilis grammaticus: a quibus tamen ^{R. David}
R. David in nonnullis dissentit. Vide, si pla-^{vocatur}
cat, Græmaticam ejus, quæ Michlol vocatur fol. 18. ^{princeps}
col. 3. ^{gramma}
^{ticorum.} ^{i. 18. 3}

Pag. 36. Vnde cōpositū scheva appellātur) imo sche-va simpliciter. Sic R. David appellat cum alibi tum Psal 48. 5. Sæpius appellat scheva & patach, scheva & segol, scheva & camets. Quæ cap. 21. de scheva dispu-to sub littera, quam eadem consonans sequi-tur, in iis assensum præbet mihi, videtur certe, do-gissimus Grammaticorum R. David. Nam in Mi-chlol 25. 1. de hac re ita scribit, *Quum scribuntur in dictione duæ litteræ similes, si præcesserit vocalis ma-gna, moventur ambæ, ut סְבִבָּה וְסְבִבָּה. Si vero præcesserit vocalis parva absorbent unam nec enuntiant clare lec-tionem ambarum: sed legunt ambas raptim, ac si una littera esset, ut רְבָבָה Deut. 33. קְלָלָה Deut. 21. רְגָנָה Job. 20. הַנְּבָנִי Jerem. 3. קְרָבָה Ies. 10. Sic in lingua Chal-dæorum, quam Aramæam voca nt, לְרָבָבָה cor ejus, לְרָבָבָה cor tuum. Sæpe clare pronuntiant ambas, licet præce-dat vocalis parva: sed ponunt Maarich post vocalem parvam & sub priore similium scheva & patach, ut נִירְבַּי. Sic יְלָלָה Nebem. 12. חַלְקָקִים Iud. 7. נִירְבַּי.*

Zach.

Zach. II. Num. 10. Mich. 6. יְהֹוָה Iud. 9. Prover. 26. Sæpius non jungunt cum scheva patach post vocalem magnam יְהֹוָה in vocabunt me, וְתַרְכֵּב manè quærent me, מִצְאָתָנוּ et non invenient me Prover. I. & similiter est post vocalem parvam יְכֹבְּדָנוּ honora-bit me Ps. 50. 23. ubi tamē in editis, quæ vidi, camets sub daleth, & non patach. Et non ita multo post, col.

3. Oportet distinguere inter litteras similes, etiam si sint in una dictione, & habeant vocalem parvam ante se, aut sint dictiones per Maccaph colligatae. Nam licet raptim pronuntiantur, debent nihilominus ita sonare ut videantur esse duæ, licet legantur tanquam una. Hæc perspicue docent scheva hujusmodi non penitus absorbendum esse, ut quidam volunt; sed ita pronuntiandum potius ut utraque littera exaudiatur, quod fieri potest etiam quiescente scheva. Verbi gratia si הַלְׁוִי legeris Hallu, utrumque lamed non minus auditur, quam in ellum & similibus, dividique debet hæc vox in duas syllabas ut una sit Hal, & altera lu. Quod indicat quies scheva. Nam aliqui dividenda esset in ha & lelu: quod absurdum ineptumque mihi videtur. Idem dicendum de בְּנֵי & בְּנָתָה & similib. nisi cum adeat Maarich: de quo tamen nolim contendere cum iis, si qui sunt, qui aliter sentiunt. Fruatur quisque judicio suo. Antea dixi, quod nunc iterum repeto, volo ut hæc omnia sint

arbitraria. Qui leget, habebit autores quos sequatur: qui non leget omnino, me non habebit sibi adversantem. Res non est tanti.

CAPUT 40.

Alia quedam ad rectam lectionem pertinentia, & inter corrigendum observata.

SVNT Iudei, Saadias mihi testis est, qui non modo in una dictione, sed etiam in diversis priorem ex duabus similibus absorbet, ut in נָעָם filius Nun רְנִיעָם curret justus, in צָרָר רְנִיעָם ligavit ventus &c. Idem faciant quando ejusdem organi litteræ hoc modo concurrunt, ut נָעָם ubi Nun in Lamed, & in נָעָם נָעָם ubi Lamed in Nun absorbetur. Similiter in זָהָר Sade in Zain absorbetur. Sunt rursum alii, qui hanc lectionem improbant: quibus ego quoque assentior. Quamvis ratio quam adserunt mihi non admodum probetur, Nam ideo, inquit, in הַלְׁוִי non absorbetur prius Lamed, quia dictio illa sustinetur dupli accentu. Quasi vero non sit duplex accentus in aliis multis vocibus, quas tamen eadem consonans non consequatur. Si dubitas, en tibi תְּמִימָה aperies aquam Proverb. 17. טְמִימָה aufert cor Hof. 4. הַלְׁוִי relinque illum, ibidem אַלְפָה & intelligit ista, Hof. 14. Ideo R. Iona

L.

grammaticus insignis & vetus valde urget priorem modum legendi. Ego, ut dixi, iis potius assentior qui utramque litteram ita pronuntiant ut tam hæc quam illa exaudiri possit. Quin ipsi vetustissimi Ebræi tradunt litteras affines distincte preferendas esse, & cum intervallo aliquo, licet cum hyphen copulentur, ne ex duabus una fiat. Certe בְּנֵי לְבָבֶךְ מִתְּבָבֶךְ ita legendum ut qui audit, sciat lanied esse in כְּלֹתָה, & aliud in לְבָבֶךְ corde vestro. Nec obstat Macaph. Nam si rapit & colligat dictiones, non tamen tollit sonum litterarum similium, qui distinctus singulis, si eadem omnino fuerint, sive organi ejusdem. Ita mihi videtur. Nec disidet a me doctissimus Ebræus R. David, cuius sententiam invenies in Pandectis Grammatices, quas Michlol vocat.

Ad rectam lectionem pertinet distinctio litterarum affinium. Affinitas est vel in charactere, vel in sono. De charactere alias. De sono admonent nos Ebræi doctores in lectione que vocatur *Audi Israël*, incidendum esse Zain in זַיִן ne videatur esse Samech aut Sin. Nam habet significationem claudédi, & חַסְדָּי mercedis. Similiter incidendum esse Samech in שַׁׁׁמְךָ ne videatur esse Zain: τιν quo sensus videndi, & τι duo. Eandem ob causam, inquiunt, incidi debet v Psal. 145 in יְהִי נָשָׁר exaltatum est nomen ejus. Sic distingui

stingui debet inter Aleph & Ain, ne אֲנָה cum אַנְה confundantur, que sunt leguntur apud Davidem אַנְה ego pauper vel affatus. Consimiliter oportet sonum distinctum esse inter He & Heth, & תְּוִתְּtra. Qua de re monitus fuit R. Simeon Barabbi. Nā cum balbus esset, nec posset discernere inter has litteras, dicebat ei R. Chija, quando tu venis ad locū Ies. 8. אַתְּ וְאַתְּ וְאַתְּ וְאַתְּ expectavi DOMINUM, non est qui magis blasphemet quam tu. Nam facis ex Heth, He & legis תְּוִתְּ percussi. Quocirca, inquiunt, debet etiam balbus dare operam ut has consonantes recte pronuntiet. Par ratio distinguendi est inter Samech & Sade, inter Chaph & Coph, inter Vau & Beth raphe, deniq; inter Thau dageflatum & Teth. Duobus exēplis hoc illustrabo. Amram pater Mosis a Græcis vocatur Αμραμ, quia eorum orthographia non patitur ut μικρός cum μεγάλος conjungatur. Eodem modo vocant patriarcham Abraham: unde in Epiphanius duo Ambram, senior, junior. Senior Isahas cum filium habuit, junior Mosen, logi. Nam pater Mosis מֹשֶׁה scribitur cum Ain in principio. Consimilem errorem erravit idem Epiphanius in Αμως, eundem esse putans prophetam, qui unus est duodecim, & patrem Iesu. Nec civit enim prophetam dici οἰωνού cum Ain in principio & Samech in fine: patrem autē Iesu. οἰωνού cum Aleph in principio &

Sade in fine. Vide quid sit ignorare fontes lingua-
rum. Expertus quid est deinde auctor libri. ~~Ex parte
scriptorum et litterarum hebreorum et latini, que in
scriptis hebreis sunt, non solum in litteris, sed etiam in
scriptis latini, que in scriptis hebreis sunt.~~

*Pag. 6. quas matres lectionis appellant) vel ma-
tres narrationis, id est, מֵשֶׁת מִתְּהָרֵת, & matres om-
nium litterarum. Sic vocat eas autor libri, quem
fallo Abrahamo patriarchæ attribuunt, qui Ebrai-
ce inscrititur סָפַר יִשְׂרָאֵל, id est liber creationis. Nam
absque una aliqua earum nulla littera proferri po-
test. Vocaturet iam litteræ fatus, id est, מֵשֶׁת. Vide
Michlol 17.3. & 18.4. Vbi cauſā reddit cur he littera
inter matres non recēseat. Dico inter matres litte-
rarum. Nam sunt aliæ matres mundi, videlicet וְיַחַד
quæ significant per sigla וְיַחַד ignem, וְיַחַד aquam, &
וְיַחַד cœlum: quæ tria compositio libri, quem nunc
modo nominavi, facit mundi principia. Qua de re
alias, si Deus voluerit.*

*Pag. 21. Sicutus sum aatores nec malos nec imperi-
tos) inter quos doctissimus R. David, qui simili-
ter magnas vocales priore loco recenset & explicat;
quæ מִתְּהָרֵת id est matres appellat, ut parvas מִתְּהָרֵת, id
est filias. Debet autem mater filiam præcedere.
Quis de eo dubitat? Ne Carneades quidem, qui
tamen de omnibus dubitare solebat. Vide Michlol.
48.6.*

Pag. 29:

*Pag. 29. Iere dages aut scheva) sub nomine sche-
va comprehendō etiam scheva & camets, quod vo-
cant scheva compositum: & adjeci ferè, quia hæc
obligatio exceptionem habet in קְרֻבָּה & tahbus. De
שְׁבָתִים dubito, & est cur malim שְׁבָתִים radices. Nā
in קְרֻבָּה Ezec. 40. 43. quod R. David ita dæos
legere per camets latum, pleraq; exemplaria ponunt
meteg inter camets & scheva. Illud miror in Mi-
chlol esse beth cum dages, nec minus quod R. Iona
legit בְּתַחְתָּן per camets correptum & beth raphe.
Notavit hoc R. David. In margine tamē cujusdam
editionis Venetæ, quæ penes me, בְּתַחְתָּן cum dages
in Beth. De קְרֻבָּה. Sam. 13. 21. nihil omnino dubi-
tamus, quando camets prius legitur in libris emen-
dationibus cum Meteg, & Beth sit raphe; hoc est va-
cuum dages. Idem dici potest de קְרֻבָּה Cohel. 12.
ii, ubi Munach vel Ilui (nam eadem utriusq; figura)
loco meteg. Sed & de aliis exemplis, quæ R. David
adducit in Michlol. 48. 3. idem elto judicium. Nam
quia per traditionem acceperant camets ibi longū
esse, ideo scripserunt Meteg ante scheva. Quod ha-
betur Exod. 28. 20. in נְגָדָה lapis, & Ezec. 18. 13. in
נְגָדָה, & Job. 16. 19. in נְגָדָה, ubi tamen meteg desi-
deratur in altera editione Veneta, & in interlinea-
ribus. Cæterum in וְיַחַד Num. 24. 7. est Mu-
nach pro Meteg.*

L 3

Pag.

Pag. 33. *Puncta prioris generis &c.) tamen R.*
In Mi- David negat scheva motionem esse, id est רְוָנוּת. Non
chol. fol. *est, inquit, motio, sed ministra motionum. Capio*
38. col. 4. & explico, non est motio, id est vocalis: & mi-
nistra motionum, id est vocalium. Alioqui cum
mobile sit, & consonantes moveant, cur non
posset dici motio? Vocalem non esse vel ex eo pro-
bari potest quod idem scribit וְ quasi monosylla-
bum esse.

Pag. 41. *Nisi cum adest Maarich) De hoc accen-*
tuita scribit R. David in Pandectis Grammatices,
fol. 48. col. 2. Si venerit chirec minutum cum Ma-
arich, scheva sequens legetur per scheva & patach, ut
Gen. 30. מִנְקָרֶב ac si esset מִנְקָרֶב & 2. Sam. 15. קָרְבָּה ac
si esset קָרְבָּה & Jerem. 21. קָרְבָּה ut si esset מִנְקָרֶב. Simi-
liter si fuerit vau copula cum schurec & Maarich, ut
Iud. 5. 12. בְּנֵי leges ut si esset בְּנֵי. Sic lesa. 26. וְגֹרֶגֶת
Vjagor, & clade. Cobel. 9. וְתַחֲנוּ ac si esset וְתַחֲנוּ &
bibe. Quod si vau hujusmodi copulabitur aut vincietur
cum dictione proxime sequenti, scheva non legetur, ut
2. Paralip. 2. וְלֹא V slack, & mitte mihi. Hac ibi
Rabbinus ille.

Pag. 49. *In his Vulgo credunt esse camets chatuph)*
vel chateph, ut R. David appellat, qui chatuph in-
ter & chateph nullum discrimen ponit. Liquet ex
verbis quae habentur in Grammatica ipsius fol. 48.

col.

col. 2. & 3. *S&epius addunt ad camets scheva, ut signi-*
fificant e&se chateph, id est raptum, & hoc quando dictio
sequens non habet dages, ut וְnavis, וְmorbus, וְ
resina. Quod si dages sequatur, ponunt nudum camets,
in quo non potest errari, quia dages habet ad latus,
quod indicat camets chatuph, id est correptum esse, ut
וְtonde Ierem. 7. וְ canite vel clamate Ies. 44. Si-
militer quando scheva sequitur quiescens, ponunt nudū
camets, in quo nullus error esse potest, cum in confessō
sit camets chatuph, id est correptū esse postquam sche-
va quiescens habeat in latere suo. Nam non est post ca-
mets latum scheva quiescens. Ideo controvertunt Grāz
matici de lectione verbi וְ Ierem. 46. Nam sunt
qui legunt Chorhu per camets correptum, ut sit im-
perativus, qualis Ierem. 46. וְרַבְבוֹ קָאָה. Sunt rur-
sum alii qui legunt Charethu per camets latum וְ
scheva nobile, ut sit verbum præteritum. Quam lectio-
nem ego puto veram esse. Hucusque Grammati-
cus ille.

Pag. 50. *Per suffuratum autem quiescit) itaque R.*
David vocat וְ id est quiescens, ut cum dicit in
Michlol fol. 20. col. 3. & 4. Si ultima thematis fue-
rit gutturalis, secunda habebit tseri נְהָרָה וְ cum
nato quiescente, ut וְפָנִים findes: & fol. 22. col. 1,
וְהָרָה nascatur quiescens. Vide quoque fol. 23. 1.
Certe supplet locum scheva quiescentis, quod sub
ultima

ultima littera semper intelligitur. Vnde argumentum peti potest contra eos qui diphthongum esse dicunt in קְדִישָׁא audiens, וְנֵר ventus, & alius ejusmodi.

Pag 55. in Cherub & similibus) hujusmodis cheva est in voce וְנֵר exite: quam R. David ait esse quasi dictio nēm parvam, id est monosyllabam. Recte sane. Nam scheva non constituit syllabam.

C A P U T 41.

Quid R. David senserit de lectione & Scheva.

Diximus suprā cap. 23. ante gutturatam cum camets scheva in sonare a clarum, quod patach vocitant: in quo sequuti sumus autores non contemnendos, nescii tum Dāvidem Camium in alia sententia esse. Id post didicimus. Nam opinatur ille non ad patach, sed ad camets sonum & Scheva tunc accedere. Recte an secus videretur eruditus. Interim locum ipsius integrum apponam Latine a me redditum, parum referre putans utrum hoc an illud in legendō sequamur, *Scheva ministrat vocalibus trisfariam.* Primum enim si praeceperit unam ex literis וְנֵר, inclinat sonus ejus ad sonum vocalis sequentis. Nam si fuerit camets, ejus lectio verget ad camets: si vero patach, ad patach, ut תְּבִשֵּׁה iabbbed, perib. Quod si fuerit tseri, ut in וְנֵר puteus, וְנֵר fucus

etc.

etc. Lectio scheva inclinat ad tseri: si schurec, vergit ad schurec propter Cheth & Ain schurec notatas, ut in וְנֵר accipite, וְנֵר scitote. Et si fuerit Chirec, ut in וְנֵר & וְנֵר, lectio scheva tendit ad Chirec: & si Holem fuerit, ut in וְנֵר sepulchrum, לְעוֹלָם in seculum, lectio ejus inclinat ad Holem: (hinc Phoor sive Phogor in codicibus antiquis, quod Ebræi scribunt וְנֵר) similiter ante camets raptum, ut in בְּרַעֲרָא lesa. 54. sonat ut camets raptum, unde in libris emanationibus expressum טְרַעַר propter Ain. Quod si scheva juxta se habuerit Gaaja, legetur sono lato secundum punctum quod ei ad latus וְנֵר Suu, tolle: וְנֵר Thichi, vives: וְנֵר Loolam: פְּחַרְתִּי Chaharre, sicut mótes. Hoc primū: deinde quum est scheva prope Iod, inclinat lectio ejus semper ad Hirec, licet Iod non habeat Hirec, sed aliam vocalem, ut עַיִן & scient, בְּקֻעָה in Jacob, וְנֵר sperabit. Quod si Gaaja ei adfuerit, dilatabitur sonus & Hirec ut וְנֵר in manu: בְּקֻעָה in Jacob. Sed si cum scheva fuerit segol aut patach, inclinabit lectio ejus nō ad chirec, sed ad segol aut patach, ut וְנֵר esto, וְנֵר estote, וְנֵר vive, וְנֵר esto scem.

Tertio quum ponetur scheva ante litteras alias, quacunque tandem vocali moveantur, semper inclinabit lectio ejus ad patach, ut בָּרוּךְ benedictio, בָּלְלָה maledictio, וְנֵר improbi, וְנֵר termini. Quod si Gaaja adfuerit, legetur scheva cum sono lato

M

CAPUT 42.

Quod concurrente alia qualibet vocalicu[m] accentu, magna deprimatur.

NON est silentio prætereundum quod idem R. David observat in Gram. sua fol. 48. col. 3. Si fuerit in latere vocalis magna vocalis alia parva vel magna, et simul in littera, quæ in ejus latere, accentus, deprimenda erit vocalis prior, licet magna fuerit, ut in לְבָרְתִּי Ierem. 1. Ecce accentus est sub Chapb post patach, quæ vocalis est parva quidem, sed attolli et sustineri debet propter accentum. Ideo dejicitur lectio Zain, etiam si habeat camets latum. Verum si fuerit accentus remotior ab ea et non in littera prima, sustinendum erit camets juxta consuetudinem, et deprimenda littera, quæ vicina ei, si habuerit vocalem brevem, juxta morem, ut in וְיַעֲשֵׂה et custodies Exod. 15. וְהַלְכָתָה et iveris Deut. 28. 9. Idem statuendum de Tseri Deut. 11. 12. בְּרִיתָה a principio. Levit. 12. טָרָא a capite ipsius. Quoniam accentus est in ו, quæ littera procul abest a vocali ו, sustinebis vocalem illam juxta morem: tseri autem quod sub Res aut Holem deprimes. quamvis sit vocalis magna, propter accentum ei proximum. Verum quando accentus est in Resch, tum dejicienda et deprimenda lectio Mem, ut וְיַעֲשֵׂה a capi-

LECTIONE LIN. SANCTAB. 83

te, Cobel. 3. Sic quum accentus longius abest ab Holem, sustinetur littera notata Holem secundum consuetudinem, ut in כְּבָשָׂם Ierem. 46. כְּשָׂרוֹת Psalm. 68. וְהַיּוּ abominatio, וְנַטְנָה Cant. 1. Sed si accentus venerit in latere ejus, deprimes eam juxta morem, ut בְּרָה ubi accentus in Ain, אָזְפָר dicens, שָׁוֹר custodiens. Et sic chirec in Iod חִירָה canticum, חִירָה et anigma: Hic deprimes lectionem ipsius chirec, quoniam accentus est in littera proxime vicina. Verum in וְיַעֲשֵׂה canticum meum, חִירָה et anigma meum, ubi accentus in Thau longius a prima syllaba, produces Chirec ex more. Similiter in וְיַעֲשֵׂה vulpes, quia accentus in Lamed procul ab eo, sustinebis Schurec. Quum vero pronuntiabis וְיַעֲשֵׂה aut עַזְבָּר organum, in quibus accentus proximior, deprimes lectionem et schurec. Par ratio quando Iod et Vau desideratur, ut in וְיַעֲשֵׂה vulpes, לְבָרְתִּי Cant. 1. Job 30. tum produces lectionem Schurec ut si adesset Vau. Ceterum par va vocalis, etiam si ex more rapi debeat, si venerit cum littera gutturali, sustinebis eam, si non fuerit accentus in littera gutturis, ut הַלְוִי Deut. 2. ubi he sustinetur, licet patach habeat propter beth gutturalem. Et sic וְיַעֲשֵׂה Ies. 9. הַמְּשֻׁחָה peccatum Levit. 4. הַגְּבָרָה nubes, quæ diceris Mich. 2.

CAPUT 43.

Quid R. David scripsierit de duplice scheva in fine ditonis.

Quandoque obvium duplex scheva in fine dictionis. Vtrumque autem quiescere supra dictum & probatum est. R. David a nobis diversus abit ita scribens, In fine dictionis, si adhaeserit voci sequenti, movetur scheva secundum, & legitur juxta lectionem vocalis, quae in principio dictionis proxime sequentis, ut יְהִי עָלָיו Gen. 50. יְשַׁעַיָּא Ierem. 41. לְעֵדָתֶךָ Pro. 30. אֱלֹהִים תְּפִלָּה לְאָתָּה Ies. 47. לְאַלְפִּים Proverb. 7. Quod si principium dictionis notatum fuerit scheva, quia tria Schevaim concurrunt, duo priora quiescent, ut וְלֹא מִתְּבָרֵךְ dilatet Deus Gen. 9. Quiescit etiam utrumque in pausa בְּנֵי Gen. 45. 14. Sunt qui legunt duo Schevaim in fine vocis ita ut utrumq; quiescat, etiam in prioribus exemplis, quorum meminimus. Sic enim certe invenimus in codicibus correctis. וְיַעֲשֵׂה יְהֹוָה בְּנֵי בְּנֵי Iob. 31. 27. cum dages in Beth: item וְיַעֲשֵׂה בְּנֵי Beth in בְּנֵי habet dages. Nam vero post וְיַעֲשֵׂה Num. 21. ponitur Pasch. Quae cum ita sint, non conjungitur schevain his exemplis cum dictionibus quae sequuntur: sed legitur per se quiescens. Nam si legeretur, neq; Beth in בְּנֵי haberet dages, neq; post בְּנֵי poneretur Pasch. Igitur utrumque scheva in fine dictionum semper quiescit. In medio autem prius quiescit & alterum legitur. Quod si secundum fuerit sub una ex litteris בְּנֵי, littera illa scribitur cum dages leni, ut כְּבָשָׂה. Excipiuntur duo in quibus Raphe בְּנֵי קְרָב 2. Reg. 14. קְרָב Ios.

Ios. 15. forte propter litteram gutturalem sequentem. Sub littera ultima, si excipias quiescentes, intelligitur semper scheva: quod etiam exprimitur in Chaph finali, tam affixo pronomine יְהֹוָה manus tua fœm. ut differat בְּנֵי manus tua vir; quam in aliis, que de radice, ut בְּרֵךְ via, בְּנֵי tenebra. Similiter quilibet litterarum כְּפָת, quando dages insignitur, habet scheva in fine dictionis sive radicalis fuerit sive non: Num. 24. בְּנֵי custodivisti fœ. Sed & aliae בְּנֵי Prover. 7. ne declines, quia sub littera ו est quies apparet & cōspicua. Quod si dages absuerit alit. בְּנֵי כְּפָת nullū erit scheva בְּנֵי extruxisti fœm. בְּנֵי Levit. 25. בְּרָאתָה בְּרָךְ benedictus. Hinc excipies Chaph. בְּרָךְ benedictus. Diximus sub אֲחָתָה non intelligi Scheva. Hæc regula fallit in mappic Iod, ut וְיַעֲשֵׂה gens, & in mappich Vau, ut וְיַעֲשֵׂה nomen mensis, & in mappic He: וְיַעֲשֵׂה altitudo, וְיַעֲשֵׂה pes ejus fœm.

CAPUT 44.

De nomine שְׁמִינִי & alia quædæ ex eodem Davide Camio:

שְׁמִינִי & שְׁמִינִי gerunt dages in Thau post scheva. Ideo Ben-Afer legit eas voces per Aleph in capite, quod vocant Aleph furtivum. Ita vocant quia non scribitur. Iudei orientales consimiliter legunt שְׁמִינִי & שְׁמִינִי duo. Cæterum in שְׁמִינִי Iud. 16. 28. Schin est cum dages & Thau raphe. Contra in שְׁמִינִי Ion. 4.

Schin est raphe & Thau habet dages, ubi etiam Marich in Mem. Sic quando duæ dictiones per macraph uniūtur, legunt eas ac si una esset, קְרָפֶת ^{רַחֲבֵי} Zach. 4. ubi Schin caret dages & subse habet scheva quiescens: in Thau vero ponitur dages lene, juxta consuetudinem, ac si esset קְרָפֶת. Hæc R. David fol. 49. col. 2. Alia ibi sunt ad lectionem pertinentia, ut cum ait lectionem לְפָה in לְפָה esse fortem, & in לְפָה lenem propter scheva mobile quod antecedit. Similiter, inquit, lectio Schin in אַל fortis est, & in אַל lenis: item Nun in נָנָל lenis est ob eandem causam. Idem dicendum de reliquis consonantibus, si Iod excipias, quæ semper lenis est, nisi cum dagessatur. Quod si erit scheva quiescens & post se habuerit unam ex litteris בְּנֵר כְּפָת, littera illa, quæcunque fuerit, nota bitur dages leni, paucis exceptis עֲבָדִים servi, עֲבָדִים servi eorum, קְלִיבָם reges, מְלִיכָם reges eorum, מְלִיכָם regnum & aliis preterea. Quanquā pauci sunt qui voces illas consueverunt legere per raphe. Nam sunt qui legunt eas cum dages, & hoc rectum est. Sic enim inveniuntur punctata in aliquot libris Hispanicis. Sunt etiam ex illis quæ juxta Massorā modo raphata, modo dagessata sunt: בְּרָפִי genua, בְּרָפִי genua ejus, בְּרָפִי genua eorum, cum dages leguntur, exceptis duobus Iud. 7. & Dan. 6. Sic אַשְׁר רַחֲבֵי dages habet Cantic. 8.

תְּקַנְתַּף raphe Psal. 76. Similiter quando ad infinitum accedunt litteræ, בְּכָלָם, si scheva quiescens erit, littera proxima ex כְּפָת, habebit dages לְסֹפֶר ad claudendum, לְקַפֵּר ad sepeliendum, עֲבָדָא Ies. 31. Vbi Massora, non est ei simile cum dages. Nam reliqua sunt raphata. Ceterum נְקָבָב Num. 21. in Cyclo magno est raphe, & in Tiberia dages. Hancenius R. David.

CAPUT 45.

Quod dages quater legatur in Aleph & sapius in Resch. ejus Etymon.

Dixi supra dages quater legi in Aleph. Hoc ante me notarunt alii: sed nemo loca, quod sci- am, annotavit. Ego nunc annotabo, quemadmodum habentur in libro Radicum Davidis Camii. Primus locus est in Levit. 23. in תְּבִינָה. Secundus Gen. 43. in לְבִתְנָה. Tertius est Ezræ 8. 10. Quartus lob. 33. in לְבָנָה. In his locis ponitur segoltha loco dages forte, quod & non sit aptum ad recipiendum illud punctum. Non loquor de textu Biblio- co, sed de libro Radicum. Nam textum non consului. Non enim otium suppertebat.

De Resch variae opinione sunt. Ex Massora ve- teri observat Elias, * Septē Reschin dages suntur. Alii ^{*ad Mich. fol. 19. 3.} vide quo- novem ^{que 16. 4.}

novem loca recensent, in quibus dages in Resch; Ego plura invenio. Nam Ezecl. 16. tis legitur, fennel in בְּרֵקָה, & iterum in שְׁעִיר umbelicus tuus. Ter-tio habetur i. Sam. 10. in חַרְאִים אֲשֶׁר חַרְאִים. Quarto i. Sam. 17. in תְּקִנְתִּים הַאִישׁ. Quinto 2. Reg. 6. in חַרְאִים כִּי Sex-to i. Sam. 1. in חַרְעִים. Septimo Cantic. 5. in שְׁאָלָה. Octavo Proverbior. 14. in בְּרֵת. Nono i. Proverb. 15. in מְעֻנָּה דָּקָה. Decimo Ierē. 39. in עַמְּוֹתָה בְּעַמְּוֹת. Undecimo Pro- n. in נְכָה בְּעַמְּוֹת. Duodecimo Ps. 52. in אַהֲבָה בְּעַמְּוֹת. Decimo- tertio Hab. 3. in פְּאַתְּמָה. Hac tredecim loca ad octo reduci possent, si excipias dictiones parvas, id est monosyllabas: & ad decem, si verbum חַרְאִים, in quo ter ponitur, pro uno sumas, & ex loco Eze-cielis, ubi bis legitur, unum facias. Nam unus tantum locus est, licet sint duo ibi exempla. Quod superest, videtur dages nomine habere a figura. Nam est punctum in ventre sive medio litteræ. Epiphanius σύμα καὶ έντρια vocat. וְרָא autem in lingua Chal-dæorum & Syrorum pungere significat: unde Pro- verbior. 12. 18 סְפָרָא וְגַשְׁבָּא, vel certe קְרַבָּא gladius pungens.

CAPUT 46.

Mappic deci quovis litteræ אהוי leguntur; unde tot gene-ra Mappic, quos sunt litteræ quiescentes.

SVNT qui Mappic tantum agnoscunt in בְּרֵת, quod vocant Mappic He. falluntur. Nam est Mappic Iod.

Iod in יְהִי gens, in מְפִיךְ, & Mappic Vau in וְתִרְגּוּ, in אַתְּךָ educ, & Mappic Aleph in לְזָרְבָּה, ubi Aleph educitur per scheva & patach, quod alioqui quiescit in בְּרֵת. Ea quies per virgulam Raphe significa-tur, quæ est linea jacens supra litteras אַתְּךָ וְתִרְגּוּ, ut in וְאַתְּךָ וְתִרְגּוּ & ditabo. Vide Michlol fol. 23. col. 1. Sed & 13. 4. & 14. 1. Observant Grammatici Aleph no-minis אַתְּךָ quiescere semper post litteras five וְכָלְבָּה: præter quam septem in locis, quæ loca R. Da-vid enumerat in Michlol. fol. 13. col. 4. Contra scri-bunt post litteras הַסָּה, hoc est post Mem, Schin & He, semper educi & legi; uno loco excepto, in quo הַאֲרֹבִי lectum, & scriptum הַאֲרֹבִי: quanquam in edi-tis הַאֲרֹבִי cum scheva sub Iod. Locus est Ierem. 8. 19. Hinc illud, *Mosche Mappic, Vechaleb non Mappic*: quod intelligentiam habet ex jam dictis. Vide Davidem illum in Pandectis Grammatices, fol. 14. col. 1. In notis Massoriticis invenio מְפִיךְ Mappic Iod, מְפִיךְ אַלְפָה Mappic Aleph, Daniel, Ezra. Hoc volunt, In nomine יְהִי, quod in Daniele & Ezra, Iod move-tur & Aleph quiescit: contra in יְהִי אַלְפָה Aleph mo-vetur sive legitur, & Iod quiescit. Vide Pandectas illas, fol. 61. col. 4.

CAPUT 47.

De litteris בְּרֵת quibus in locis dages recipient initie dictioris ante אהוי.

N

Antea mentionem fecimus nominum quibus designantur loca illa in quibus dages ponitur post litteras quiescentes. Sunt autem quatuor Map-pic, Maphsic, Dahic & Athe-merahic. Quæ illic obiter & quasi $\epsilon\nu\pi\alpha\gamma\delta\omega$ dixi, ea nunc fusius ac plenius explicabo in gratiam eorum qui etiam minima in his litteris ignorare nolunt. Sic igitur R. David in ea parte Michlol, quæ Grammaticam cõtinet. Omne junctum litteris **אַהֲרֹן** immune est a dages, præterquam **מְפִיק** Mappic, **מְפִסִּיק** Maphsic, **דָּחִיק** Dahic si-
ve Dachic, & **אֶתְהֵם-מְרֻחִיק** Athe-merahic. Mappic (scri-
ptum **מְפִיק** cum segoltha supra Mem) ut **אַלְיוֹנִי** Psal.
66. **בְּלֹעַנִּי** Psal. 51. **בְּלֹעַנִּי** Gen. 48. **בְּצֹוֹתְךָ יְמִים** Gen.
6. Pro. 24. 27. Excipiuntur tria, in quibus Raphe post Mappic. Primum est **קְוִוָּה** Ies. 34. Secú-
dum **שְׁלֹמָה** Ezecl. 23. Tertium **שְׁלֹמָה** Psal.
68. Maphsic est proprie in accentu qui **פְּסִיק** vocatur, ut Gen. 18. **עֲשֵׂנִי** בְּלֹה & Deuter. 9. **אַתָּנוּ** בְּאֵשׁ. Sed & accentus major distinguens **פְּסִיק** vocatur. Sunt autem hi accentus noti, quibus annumerabis le-thib, quem accentum R. David ait distinguere: alii negant. Certe post eum est Raphe Prov. 13.
20. Item **טְשֵׁפָה** & **תְּתִלָּה**. De hoc postremo accentu notat R. David eum non distinguere quando ponitur in fine dictionis, ut 2. Reg. 23. 29. **עַלְתָּה** פְּרֻעָה ascendit Pharao. Idem annotat **כְּחֹזֶקְאָמָם** & **כְּשֹׁמֶעָם**

&

& alia hujusmodi, si vicinum habuerint accentum **תְּלָשָׁה**, secundum Ben Aser carere dages, & secundum Ben Naphthali habere dages. Cæterum, id est duæ virgæ (accentus est eo nomine, qui & id est productor duplex) non facit pau-sam, licet habeat modulationem itidem ut **הַיְתָה**, qui accentus volvitur cum dictione proxime se-quente. Exod. 5. 15. **בְּנֵי** Ezec. 10. In tribus libris, hoc est in Job, Proverbiis & in libro Psal-morum, Tarcha, qui in capite dictionis, pausam fa-cit. Psal. 5. **אָנָּי** בְּרַב. & ego in multitudine. Alias non facit pausam. Ps. 89. 28. **אָנָּי** cum camets sub Aleph propter Tarcha. Itaque R. David ad hunc locum, *Aliquando habet vim pausandi.* R. Iuda filius Balaam, **תְּרוֹחָה** Tarcha ultimum, hoc est quod ponitur in fine dictionis, non facit pausam. R. Iona in Mahalah. Ierem. 1. 8. **לְנַצְּלָה**, ubi accentus in penulti-ma, & scheva in segol producit. Videndus Aben-melech ad illum locum. Dahic est, ut exempli cau-sa **עַזְבָּעָה** quæ utilitas? **שְׁחִדְבָּרִי**? **שְׁחִדְבָּרִי**? **שְׁחִדְבָּרִי**? Atha-merahic, quod scriptum ibi **רְצִיתְךָ** **אֶתְיִם** **מְרֻחִיק** cum duobus segolthis, ut Ezec. 31. Deut. 16. **עַלְקָרָה** Gen. 38. **עַלְקָרָה** Gen. 38. **עַלְקָרָה** Ies. 54. **עַלְקָרָה** Gen. 42. **וְבָנָתְבָנִית** Paralip. 2. Quod si ultima notabitur Tseri, nullum ponitur dages in proxima, etiamsi fuerit dictio penacula, ut **אַלְלָה**

N 2

Exod. 15. Similiter post camets est Raphe in Athemahic, si non fuerit accentus in prima dictionis sequentis, ut Exod. 26. וְעַדְתָּה פְּרֻעָה Gen. 47. בְּרֹא. סִבְרָקִים &c. Notatur Num. 24. אֶלְתָּה בְּרוּעָה, in quo exceptio ab illa regula Psal. 77. Similiter Deut. 32. הַיְתָה בְּשִׁירָה. Irregularare est, quia Chaph habet dages absque accentu. Alius Canon non tacendus aut pretercendus. Quoties duæ ex litteris cōcurrunt in principio vocis, prior habet dages, licet præcedat una ex ut אֲהֵי Ies. 10. Exceptio est in trib' aut ad summum quatuor, i. Sam. 10. וְיַחַד כְּבָאָג. Ps. 146. קְרֹתָה כְּפָתִים. Iob. 33. אֲנִי כְּפָתִים Gen. 40. וְיַחַד, quod omissum in Massora. Quando secundo loco ponitur, ut Iob. 38. נָא כְּנָרָה dissensio est inter Ben Afer & Ben Naphthali. Nam Ben Afer in talibus priorē litteram legit absq; dages, Ben Naphthali vero cum dages. Quod si concurrant בְּ & דְ, vel Chaph & Daleth, aut Beth & Chaph erit Raphe, ut Amos 3. אֲלֹל Gen. 44. קְרֹבִים יְהִי Ies. 1. קְסִיחָה בְּכָרְם. &c. Adhæc si media dictionis fuerit raphe, prima etiā radicalis dageſſabitur, Ies. 54. 12. וְתִמְתַּחַת כְּרָבֶן Ierem. 20. נְלָאָתִי כְּלִיבָן. Iam vero duæ litteræ similes aut non similes, si prima habuerit sub se regem, hoc est unam ex decem vocalibus, ut Levit. 21. וְתִמְתַּחַת בְּכָל Ies. 13. לֹא כְּרָבֶן Gen. 38. וְתִמְתַּחַת בְּכָל Iud. 11. פִּי כְּנָבָת. Psal. in controversia sunt, Cæterum pauca

* Vide-
litteris

בְּ בְּ בְּ בְּ בְּ בְּ

paucā excipiuntur ἐπτέχαθόλου, de quo supra פְּנִימֵי בְּמַתָּחָת חָתָן, ibid. יְמֵי בְּאַבְנֵי עַמְּנָיו בְּלִתְבָּחָת Exod. 15. בְּנֵי אֶחָד חָתָן, ibid. וְחַכְמָת חָתָן. ibid. תְּבִרְיאָה דְּתִבְרְיאָה Dan. 3. טְבִיכָא פְּסִינְתְּרִין חָתָן Dan. 5. His adscribunt ex quibusdam libris Massoræ עַלְתְּבָרְזָעַן, quoniam littera prima non ministrat, ut illæ quorum meminimus. Porro dura est lectio daleth raphe juxta Thau raphe. Similiter Dan. 5. in פְּחַכְמָת אַלְהָיִן Chaph habet dages quoniam gravis est lectio Chaph raphe juxta Cheth. Reliqua sunt quinque de quibus decernet doctor justitiae cum venerit. Quod si una ex וְ אֲטֵה se habuerit scheva, ut in וְהַ peccatum, וְהַ vanitas, וְהַ & וְvidit, sequens littera בְּ, pronuntiabitur cum dages ut וְיַרְא בְּרֻעָה i. Sam. 23. וְיַרְא בְּרֻעָה Exod. 9.

CAPUT 48.

Continet ea quæ in ultimis capitibus addenda vel illustranda sunt.

¶ Ag. 66. Cum litteræ אֲהֵי leguntur) vel potius, cum Iod, Vau vel He educuntur per lectionem, hoc est moventur & non quiescant, ut וְהַ hoc, &c. Nam in לְאָדָם est quidem Mappie Aleph, quoniam & legitur perscheva & patach, sed nihil ad hunc locum, ubi sermo de ultimis litteris, non de primis aut mediis. Aleph autem in fine semper quiescit.

Pag. 67. *Quæ nunc penitus exolevit*) in libris viginti quatuor, quos vocant. Nam adscribitur aliquoties in priore parte Michlol Davidis Camii, quem מִיכּוֹל דָּבִידְׁ קָמֵי appellant. Legitur autem ibi non solum super ה & sex litteras בְּנֵי כֶּתֶת, sed etiam super alias, indicatque dages abesse, ut מִקְהָן substantia, מִלְחָמָה Levitæ, מִתְּמַנְּאָה &c.

Pag. 69. *Inter eos qui distinguunt præcipuum locum obtinent quatuor*) non temper distinguunt, ut videre est Psal. 36. 8. Exod. 37. 20. Gen. 41. 10. Quod de Soph. psaluc etiam scribit vir doctus Psal. 44. 11. Quocirca peccant, meo iudicio, qui Psalm. 19. 4. וְלֹא נִמְשָׁלְגָנָה propter accentum Rebi interpretantur, Absq; his tamen auditur vox eorum, cum antiquitas omnis eum locum reddiderit non auditur vox eorum: a quibus ob tam levem caussam non discedet, qui me audiet.

Pag. 68. *Gaaja semper ponitur in principio dictio-
nis ante scheva*) & aliquando ante patach. Sane ac-
centum, qui in קְטוּרָה 2. Sam. 14. & in לְקָדְמָה Iob, 33. R. David Gaaja vocat, qui plura exempla produ-
cit, ubi Gaaja ante patach, quale est יְמֻמָּה Iob. 34. ubi
ait Gaaja esse in codice Ierosolymitano, quo usus
fuit R. Iona, licet in aliis sit מִתְּמַנְּאָה cū scheva & patach.
Ad hanc ad eam partem Michlol, ubi de re grammatica,
fol. 14. col. 1. & 2. Idem fol. 17. 2. Gaaja & Maarich con-
fundere

*Vide que
scripsimus
fol. 78.*

fundere videtur in יְמֻמָּה & similibus exemplis. Invenitur etiam linea erecta post scheva, quæ si-
militer Gaaja vocatur.

Pag. 70. *Maccaph quoque privat dictio-
nem, quam
cum sequenti conjungit, accentu nativo*) id est gram-
matico, qui diversus a rhetorico, quem ante Mac-
caph invenies Esth. 4. 12. in nonnullis exemplari-
bus. כְּהַאֲפָר Sed & Cohel. 2. 21. & Zach. 8. 9. in כְּהַאֲפָר sic dicit: ubi nota Massoritica, quinque sunt cum ac-
centu in hoc libro. Amat etiam Maccaph vocales longas in breves mutare, puta holem in camets correptum, quod vocant, & tseri in segol & schurec in kibbutz, ut אָלָם אַחֲנָה הבְּקָר filium bovis, וְאָמֵן dicit D O M I N U S. Interdum tamen aliter fit. Psal. 25. 21. תְּסִבְצֵר integritas קְבָעָתָנוּס. Ies. 41. 24. בְּנֵשְׁתָּאָתָם ecce vos. Gen. 8. 13. שׁוּבָה redi. Sic יְמֻמָּה filium sextum Gen. 30. 20. unum ex quatuor in qui-
bus tseri ante Maccaph in hoc nomine. Meminit Massora R. David in pandectis grammatices, fol. 63. col. 3. scribit יְמֻמָּה, quando ponitur in regimine sive construacione sensus, habere segol, quamvis non sequatur Maccaph, ut בְּנֵי אָלָם fili hominis Ezec. 1. 13 בְּנֵי בְּנֵי מִתְּמַנְּאָה an filio cen-
tum annorum? Gen. 17.

Pag. 73. *Quale in מִתְּמַנְּאָה*) Quanquam Jod quiescit in hoc nomine, tamenscheva est mobile, ut recte idem

In Mich-
tol fol. 48. idē R. David x alibi observat. Nam certe veteres le-
gerunt illud scribentes † Phinees. Similiter in אַדָּן
† EXGR. eo Phinees.
quod lati-
ne affir-
dum ut sit Phinees. Iod mobile est quod antiqui expesserunt per a le-
gentes Sifara. Chiric autem cum Iod aliquando par-
vum esse probavimus aliis exemplis, quæ nunc non
repeto. Vide supra quæ scriptissimus pag. 78. & alibi.

C A P U T 49.

*Quæratio eausa cur in scriptura nominis Tetragram-
mati sit scheva simplex sub Iod, in lectioне autem
scheva & patach: item cur in אַדָּן sit dages post scheva
latum, cum nullus interponatur accentus. De libro
Michlot, cuius crebra mentio in hoc opusculo.*

Quæsivit ex me filius meus Iohannes, cur, quum אַדָּן habeat puncta nominis אֱלֹהִים Adonai, sub Iod sit nudum scheva, cum Aleph in Adonai legatur per scheva & patach: & respondi, quod etiam olim feci quum hoc à me quæreretur, quæ situm fuisse in ea scriptura compendium. Nam quia paſsim obvium illud nomen, ideo maluerunt scribere אַדָּן cum scheva simplici, quam אַדָּן cum scheva composito. Hoc olim: nunc aliud est quod responderi posset ad illam scripturam. Nam in antiqua lectio-
ne scheva, si sequatur consonans aliqua, quæ non sit gutturalis aut Iod, sono conveniebat cum chateph patach. Id ante notavimus. Quum ergo sequente daleth

LECTIOНЕ LING. SANCT.

daleth idē sonus sit in scheva simplici & cū habet ad-
junctum patach, quid necesse fuit addere patach sub
Iod? Alia ratio quum sub Aleph ponitur. Nam gut-
turatæ nunquam leguntur per scheva mobile. Ideo in אַדָּן Adonai semper additum ad scheva patach. Si-
militer in אַדָּן additum semper segol. Nam si segol
abesset, deberet legi Alohim secundum priscam il-
lam consuetudinem, de qua in libello pag. 49. Idem
quæsivit ex me quare dages esset in אַדָּן præceden-
te camets lato, quod ante dages non potest subsi-
stere sine accentu. Res. Dages illud tollere ambigui-
tatem, quæ esset si אַדָּן scriberetur absque dages.
Nam id sonat desolatos a singulari אַדָּן, unde fœni-
nimum אַדָּן Ies. 5. 6. vbi Vulgatus noster, & ponam
eam desertam. Par ambiguitas effet si scriberetur
בְּנֵי אַדָּן cum patach & dages. Nam id significat batos,
a singulari בְּנֵי, quod est genus mensuræ apud Ebraeos.
אַדָּן batus, ut בְּנֵי cadus. Priorem causam observavit in
Grammatica sua R. David Kimchi fol. 28. col. i.
Fuit aliquando tempus cum putarem thema hujus
vocabuli esse אַדָּן ædificavit, & in אַדָּן poni dages
loco Nun, veluti cum dicimus אַדָּן filia mea ex אַדָּן
quod contraquum ex אַדָּן. Sic אַדָּן cōtractum ex אַדָּן
ab יְהָוָה, in quo significatio firmitudinis. Nam nihil
validius veritate. Nec obstat adventitial littera Thau,
quæ etiam in אַדָּן pro radicali habetur. Novum
Q

hoc non est apud magistros. Superest ut dicamus aliquid de libro Michlol, quem paſſim in hoc opusculo citamus. Eius duæ partes. Prior agit de re grammatica: posterior vocum ſenſa explicat. Hæc pars peculiaciter vocatur **ספר השרשים** liber radicum ſive thematum, & ita est in titulo ejus. Nos Lexicon Ebraicum diceremus, e quo Sandes theſaurū ſuum magna ex parte concinnavit. Uſus etiam obtinuit hodie, ut quia posterior pars *liber radicum*, prior nomine totius Michlol appellaretur, quo ſenſu nos non ſemel uſurpamus: quod & ante me fecerunt viri magni gravesque. Vtriusque partis autor est R. David Kimchi hispanus, vir ſane doctus & accuratus: de quo uſurpant adagium illud,

אין קם חן ען הווען

Absque farina non est lex.

In quo allusio ad nomen קומק, qui a farina ſic appellatus quaſi farinaceum dicas. Vocatur a Iudeis id est caput ſive princeps grammaticorum. Sed manum de tabula, ſemel definiendum eſt.

CAPUT 50.

Variationes Iudeorum Occidentalium & Orientalium.

Occidentales Iudeos appellant eos qui olim in terra Israel degebant. Orientales hodie que degunt in Babylonia, qui & filii Babel dicuntur, ut illi

illi filii terræ Israel. Inter hos varietas erat in ſcriben- do & legendo. Nam

Occidentales

Orientales

q.s.

7.	2.	S.	וְאֶרְאָה	S.	וְאֶרְאָה
		L.	וְאֶרְאָה	L.	וְאֶרְאָה
8.	12.	S.L.	בֵּית־אַל	S.	בֵּית אֹן
		L.	בֵּית־אַל	L.	בֵּית אֹן
	13.	S.L.	לְעִיר	S.	לְעִיר
		L.	לְעִיר	L.	לְעִיר

*s. notat
ſcribunt
aut ſcribe-
bant. L. le-
gunt aut
legebant.*

Bis in hoc versu.

10.	26.	S. L.	וַיִּמְחֹם	S.	וַיִּמְחֹם
		L.	וַיִּמְחֹם	L.	וַיִּמְחֹם
13.	1.		זָקָנָת		זָקָנָת
			plenum.		deficiens.
15.	5.		גְּשֵׁן	S.	גְּשֵׁן
			גְּשֵׁן	L.	גְּשֵׁן
18.	14.		אֶל קְרִית בָּעֵל		עַל קְרִית בָּעֵל
19.	38.	S.L.	חַרְמָם	S.	חַרְמָם
		L.	חַרְמָם	L.	חַרְמָם
22.	20.		וְעַל כָּל נָדָה		וְעַל כָּל נָדָה
22.	22.		אֶם בְּמִרְדָּא אֲסָט		אֶם בְּמִרְדָּא אֲסָט
24.	8.	S. L.	וְאֶבְיאָה פְּאָכְלָה	S. L.	וְאֶבְיאָה וְאֶבְיאָה

§. 3.

Iud.

E.	21.	S. L.	וְשָׁבָע	S.	וְשָׁבָע
		L.	וְשָׁבָע	L.	וְשָׁבָע

Q 2

		Occidentales.	Orientales.
8.	3.	S. L.	גְּבָרוֹ
9.	33.		בְּנֵי עַל הָעִיר
11.	31.	S. L.	וְתַּחֲלִיתְךָ
13.	17.	S.	דָּבֶרֶךְ
19.	35.	L.	לְהַשִּׁיבוּ
20.	36.		אֶל חֶבְעָה
42.			אֶל דָּרֶךְ

1. Sam.

4.	15.	S. L.	קָמָת
15.	6.	S. L.	עָמָן
18.	25.		כִּי בְּמִזְחָה
22.	9.		עַל עַבְנִי

2. Sam.

6.	23.	S. L.	וְלֹךְ
13.	21.		שָׁמַע אֶת כָּל
32.	S. L.	S.	שׂוֹמֵה
33.			אֶל לְפָנֶיךָ
14.	7.		עַל שְׁפָתֶיךָ
15.	3.	S.	וּבְרִיךְ

1. Reg.

30. 20. plenum: ישינה: שנה deficiens.

		Occidentales.	Orientales.
7.	34.		כְּחֻפֹת עַל
16.	12.		עַל כָּל בַּיִת

Ach b'ayn editis scriptum lectum.

17.	4.	יכלכלך טמה
19.	3.	אֶל נֶפֶשׁוֹ
21.	7.	מְלוֹכוֹת אֶל

2. Reg.

10. 10. וַיֹּאמֶר וַיַּעֲמֹד וַיֹּאמֶר וַיַּעֲנוּ & respondit.

8. 16. מלך ווֹסֵט פָּלָךְ יְהוּדָה

In editis

לְיְהוּדָה וְלְהַגִּיד S.L. In editis scriptum & lectum.

37. והייתה נבללה מעל חטאות

10. 31. משער ירוש בְּשַׁעַר

14. 13. סְיָא אֶל סְוָא

17. 4. סְיָא כְּעָנָא

24. פְּעָנָה

Orientalē scripturam expressit is qui Biblia interlinearia excudit.

31. ספרוים S. ספרוים L.

Suspicor mendū esse in pro כְּפָרְיוֹת, sed nihil immuto.

	Occidentales	Orientales.
18. 29.	סְפִירָה	סְפִירָה
37.	וַיַּגְ�זֹעַ לְזֶבֶרְיָה	אֶת-זֶבֶרְיָה
	est etiam in interlinearibus.	
19. 9.	אֶל תְּרֵנָקָה	עַל תְּרֵחָקָה
20.	אֶל כְּנַחֲרֵב	עַל סְנַחֲרֵב
21. 12.	כְּלֶשְׁמַעְתָּה	כְּלֶשְׁמַעְתָּה
23. 12.	עַלְיוֹת	S. עַלְיוֹת L. עַלְיוֹת

Ieſa.

6. 13.	עַדְיוֹת ple.	טָרְפָּה def.
14. 19.	אֶל אַבְנֵי	עַל אַבְנֵי
21. 14.	תְּהִינָּה	תְּהִינָּה
23. 12. S.L.	בְּתִים	S. בְּתִים L. בְּתִים
27. 6.	וּפְרָח	S. וּפְרָח L. וּפְרָח
37. 9.	עַל תְּרֵנָקָה	אֶל תְּרֵנָקָה
38. 14. S.L.	כְּסֻם	S. כְּסֻם L. כְּסֻם
44. 25.	וּבְרִיחָה def.	וּבְרִיחָה ple.
45. 18.	וַיַּצַּד plen.	יַצַּד def.
46. 8.	הַשִּׁיבָה	S. הַשִּׁיבָה L. הַשִּׁיבָה
49. 5.	יְצִירָה def.	יְצִירָה ple.
51. 7.	וּרְפִיעָזָק plen.	וּרְפִיעָזָק def.
53. 4.	וּמְאַבְנֵי	וּמְאַבְנֵי

56. 3.

7.

57. 10.

59. 4.

66. 2.

Jerem.

	Occidentales.	Orientales.
56. 3.	חַגְלָה עַל	חַנְלוֹת אֶל
7.	קְנִיאָתִים אֶל חַרְבָּה	חַבְיאָתִים עַל חַרְבָּה
57. 10.	לֹא אָסְרָת	לֹא אָמְרָתִי
59. 4.	פָּלָגָה	פָּלָגָה וְחוֹלָד
66. 2.	עַל זֶבֶרְיָה	אֶל זֶבֶרְיָה

	Ierem.	בְּתוֹךְ def.
5. 17.	פָּטָן plen.	כְּרָנוֹעָה cu in Mappie.
6. 6.	כְּרָנוֹעָה	חַפְקָד בְּלָה
Ibid.		הַפְּקָד כָּלָה
8. 7.	וְתַרְ וּסְמִים	וְתַרְ וּסְמִים
9. 24.	פָּסָר מְשֻׁפָּט	הַסָּר וּמְשֻׁפָּט
10. 18.	וְחַדְרָתִי	וְחַדְרָתִי plen.

Legitur & והשווות cum Vau.

11.	לֹא אָשְׁפָע	וְאֶל אָשְׁפָע
12. 12.	פָּקָדָה קָרְבָּא	פָּקָדָה קָרְבָּא
15. 14.	תוֹקֵד	תוֹקֵד
29. 7. L.	הַגְּלָתִי S. הַגְּלָתִי L.	הַגְּלָתִי S. הַגְּלָתִי L.
22.	יְשִׁמְךָ יְהוָה	-

בְּצִקְנָה וּבְאַבְנָה Ibid. S. L.

כְּזִקְנָה וּבְאַבְנָה In editis est

32. 11.	אֶת תְּתִחְתּוֹם בָּצָעה	אֶת תְּתִחְתּוֹם בָּצָעה
19.	בְּנֵי אַדְם	בְּנֵי אַדְם
34.	וְשִׁמְעוֹן S. וְשִׁמְעוֹן L.	וְשִׁמְעוֹן S. וְשִׁמְעוֹן L.

33:32

	Occidentales.	Orientales.
33. 3.	ונצורות	S. ובצורות L. ובצורות
36. 23.	בקרא	S. בקרוא L. בקרוא
39. II.	על ירמיהו	על ירמיהו על ירמיהו
Hic mihi codices mendosi videntur. Nam leg. in alterutro loco, vel certe ירמיהו, אל ירמיהו. Judicent eruditii.		
42. 6.	אשר אנו S.L. אשר אנחנו	
43. I.	על כל העם	אל כל ישראל
In editis	אל כל העם	
44. 19.	ולחט לה	זחף לה
45. I.	בשנה	S. בשנה L. בשנה
46. 2.	על נהר פרת	אל נהר פרת
48. 17.	S. איכה נשבר	איכא L. איך
36.	כתלילים קיר חרט במלחילים	
41.	נחתפה	S. נחפתה
44. S.	הנים S.L. הנם	הנים S.L. הנם
49. 19. L.	ומי יעדי	S. וכי יעדי
50. 6. S.	שוכנים S.L. שוכנים	
Interlinearia ponunt in scriptura & in lectio-		
ne. שוכנים		
II.	כאבירים	כabhängigים def.
20.	באים קהם	באים החמה
29.	אל בכל	על כלל
45.	ומחשבותי def.	ומחשבוני def.

51. 46.

	Occidentales.	Orientales.
§1. 46.	על משל	אל משל
§2. 2.	כל אשר עשה	כל אשר עשה
	Eze.	
I. 13.	זהיא טתקלהות	זהיא L. הוּא
5.	אנו אגרא	אנו אגרא S. אנו אגרא
7.	חצפרה plen.	חצפרה def.
22.	פראייסם plen.	פראייסם def. in secunda syllaba.

Tradunt autem duo desicere.

II. 6.	ומלאחטם	S. ומלאותם
13. 17.	על בנות עירך	אל בנות עירך
14. 19.	על הארץ ההיא	אל הארץ ההיא אל הארץ ההיא
In editis est	הארץ ההיא	
21.	על ירושלים	אל ירושלים
16. 13.	יש וטשי	S. יש וטשי
17. 7.	כפנה	כנפה
21. 14.	ויה כף אל כף	ויה כף אל כף
An leg. in Occid.		על כף
24. 4.	עד שנוטך	S. עד ל. עד
21. 19.	ותרבה אחד	S. ותרבה L. ותרבב
25. 9.	בעל פערן	S. L. בעל פערן וקיותה
Locus suspectus. puto rescribendum.		
S. קרייתם L. קרייתה	קרייתם S.L. קרייתה	
27. 6.	סאי כתוב	S. L. סאי כתוב
31.	קרייה	קרייה קרייה cum aleph.

P

Occidentales. *Orientalis.*

In margine Venetæ editionis ejus, quæ in folio complicat, non extat scriptum cum &, et est ex illis vocibus, quæ habent & in fine dictionis.

- | | | | | | | |
|-----|-----|----|------|-------------------------|------|-------------------------|
| 31. | II. | | def. | אל גוּיִם | S. | אל גוּיִם |
| 37. | 24. | | | עַבְרִי רֹוד | | cum Iod. |
| 38. | 4. | S. | | חוּם-לְחֵמִים | S.L. | חוּם-לְחֵמִים |
| 41. | 4. | | | אל פֶּנְיָה הַחִיל | | על פֶּנְיָה הַחִיל |
| 43. | 20. | | | על אַרְבָּע קְרָנוֹתָיו | | אל אַרְבָּע קְרָנוֹתָיו |
| | 26. | | | יכְפָרוּ | S. | יכְפָרוּ |

Hoseæ.

- | | | | |
|-----|-----|---------------------------|---------------------------|
| 14. | 5. | שְׁבָ אַפִּי מִמְנָה | שְׁבָ אַפִּי מִמְנָה |
| L. | 12. | פְּכָנֵי אֲוֹתָם | פְּכָנֵי אֲוֹתָם |
| 4. | 12. | אֶתְּנָהָר שְׂמָחָה | אֶתְּנָהָר שְׂמָחָה |
| | | <i>feel-</i> | |
| S. | L. | פְּכָנֵי L. טַן בְּנֵי S. | פְּכָנֵי L. טַן בְּנֵי S. |
| | | שְׂמָחָה L. טַמָּה S. | שְׂמָחָה L. טַמָּה S. |

Amos.

3. 6. לא עשׂה תְּשׁׁׂעַ נָלַל mappiche

Nahum.

- ביהלוכתם** S. **ביהלוכתם** 6:

Habacuccus

- ## אל כבוחך עלי בבוחך 16. 2.

Occidentales.

Orientales.

- בגנגוותי בגנגוותי
19. Vide num legendum sit,

Sophon.

- | | | | |
|-----|----|----|-------------------|
| 3. | 6. | S. | תקחו ל. תקחו פומר |
| | | | Zachar. |
| 13. | 7. | S. | עטיחי L. עטיחו |
| 14. | 4. | | ועמדנו ורגליון |
| 13. | | | אל יד רעהו |

1. Paralip

6. 44. קִישֵּׁי S. L. קִישֵּׁי בָּקָד קִישֵּׁי
 7. 28. עוֹזִיהַ S. conjunctim divisim עוֹזִיהַ עד עוֹזִיהַ
 hoc est unica dictione: quod nunc in libris
 duabus.

- | | | S. | ס. ח. ל. ס. ח. |
|-----|-----|-------------------------|--------------------|
| 36. | | סִוִּים | |
| 1Q. | 14. | אֵחֶלְגָּבָה | אֵחֶלְגָּבָה S. L. |
| 12. | 3. | S.L. וַיֹּוֹאֶל | וַיֹּוֹאֶל המלוכה |
| 16. | 29: | הַקְתָּחוּנִי | והשתחחו |
| 17. | 6. | S. לְדֻרּוֹת אֶת עַמִּי | עמִי L. עמו |
| 25. | 27. | לְאַלְיאָתָה | לאליאתא |
| | | 2. <i>Paralip.</i> | |
| I. | 5. | S. מִזְבֵּחַ נִזְבֵּחַ | מִזְבֵּחַ חנחתה |
| 15. | 2. | שְׁמַעַנִי | שמעוני |
| 24. | 24. | כְּפָעָר אֲנָשִׁיט | כְּפָעָר אֲנָשִׁיט |

Occidentales Orientales.

Psal.

17. 14.	לעַלְלָהֶם	לעַלְלָהֶם
22. 24.	גִּנְוִרֵתְךָ	גִּנְוִרֵתְךָ
43. 3.	יְמָנוֹנִי	יְמָנוֹנִי

Sic libri quos fecutus sum. Putarem autem in
in alterutro loco scribendum esse absque Vau

45. 16.	בְּשֻׁתָּה def.	בְּשֻׁתָּה ple.
58. 10.	סִירְוִיכָס plen.	סִירְוִיכָס def.
109. 4.	ישְׁטַנְנוּנִי	ישְׁטַנְנוּנִי
110. 1.	לְדוֹד טוֹרָה def.	לְדוֹד טוֹרָה plen.
139. 20.	אֲשֶׁר יָמֹרְךָ	אֲשֶׁר יָמֹרְךָ

Job.

2. 7.	וְעַד L. וְעַד S. וְעַד L.	וְעַד קָרְבָּן S.
5. 5.	וְשָׁאָפָּעָם	וְשָׁאָפָּעָם
17. 10.	בְּאוּ נָא	בְּאוּ נָא
18. 13.	וְאָכַל בְּנוּי	וְאָכַל בְּנוּי
*	עוֹתָה חִיּוֹת לוֹ	לוֹ T. לא
22. 24.	וְשִׁית עַל עַפְרָה	וְשִׁית עַל עַפְרָה
26. 12.	וְחַכְנוֹתָו	וְחַכְנוֹתָו
31. 7.	מִוּסָה L. מִאּוֹתָה	דְּקָקָמָוֹת S.

In codicibus nostris scriptum & lesum
etiam, id est macula.

Occidentales. Orientales.

32. 11.	פְּחַדְרוֹן פְּלִין	מְלִים
34. 14.	שְׁזִבְעָן עַלְיוֹ לְכָבָד	ישֵׁב אַלְיוֹ
37. 19.	הַווֹּעֲנִי S. הַווֹּעֲנִי טַהֲרָפָאָמָר	הַווֹּעֲנִי S. הַווֹּעֲנִי
41. 16.	בְּיַעֲרָנִי	בְּיַעֲרָנִי

Proverb.

5. 19.	בְּרִיאָה	רִוּךְ L. רִוּךְ
8. 19.	טוֹב פְּרִי	פְּרִי
12. 18.	נִטְבָּה	ט בִּתְהָ
18. 19.	וּפּוֹנִים	מְדוֹנִים
20.	תְּבִיאָה טְפִחָה	תְּבִיאָה L. חֲבִיאָה
21. 19.	מוֹנִים	מוֹנִים
38.	וְקַשְׁוָעָה	הַתְּשִׁיעָה
